DISSERTATIO JURIS PUBLICI INAUGURALIS DE VOTO DECISIVO. CIVITATUM...

Gabriel Schweder, Nicolaus David Muller, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

ILLVstrI SpLenDore
FLorentIssIMæ
VrbIs
Suevo - Hallenſis
Liberæ Reipublicæ Sacri Romano-Germanici Imperii
(AtLantIbVs LUCIDIssIMIs)
SyDerIbVs spLenDIDIs aC NobILIbVs

* * * *

OptIMatIbVs præſtantI graVItate ConDeCoratIs

* * * *

VIRIS

Illuſtribus, Generoſis, Magnificis, Excellentiſſimis, Nobiliſſimis,
Ampliſſimis, Conſultiſſimis, Prudentiſſimis

DOMINIS

CONSULIBUS,
QUINQUE-VIRIS,
CONSILIARIIS,
cæterisque
SENATORUM ORDINIBUS,
Patribus Patriæ Meritiſſimis
Dominis Mecœnatibus, Evergetis, Promotoribus
&
PatronIs sVIs optIMIs ſaCroſanCte VeneranDIs

Diſſertationem hanc Inauguralem
In
Notam Devotiſſimæ Mentis
conſecratam
Nuncupat, Dicat, Mancipat
obeDIentIssIMVs ConCIVIs
NICOLAUS DAVID MÜLLER.

Digitized by Google

PatrIæ Patres, EphorI & Defenſores EXCeLLentIssIMI, MeCœnates, PatronI & EVergetæ ſanCtIorI obſeqVIo HonoranDI:

SAcratas Magnif. Excell. & Amplitud. VV. Speciminis mei inauguralis ſiſto pagellas, quas ut in devotione mentis teſſeram gratioſe ſuſcipiatis, humillima obſervantia precor. Selegi Thema Veſtram ſimul cum ceteris S. R. I. Illuſtribus Civitatibus Liberis potiſſimum concernens auctoritatem, ubi quinta, ut ita loquar, Libertatis Eſſentia tanquam in Centro confluit, non quod meis defenſoris exigui vindiciis jura certiſſima Legibus publicis & obſervantia Imperiali ſtabilita opus habeant, ſed quod vires ingenii hoc prænenti magis, quam alio periclitari argumento ratum duxerim, Magnif. Excell. & Amplitud. VV. conamina Juvenilia ex dignitate ſolius materiæ mancipaturus forte gratioſa, quibus ipſis ſimul æternum Tantorum quæ Celebratiſſima Veſtra, Mœcenates & Patroni Optimi Maximi, in Studiorum Juventutem Munificentia peculiari ſummo mihi contulit favore, beneficiorum extare velim documentum. Supremum interea Numen ſupplex veneror, ut PATRIÆ VOS PATRES MERITISSIMOS, quibus Halla noſtra haut unquam vidit meliores exoptatiſſimo ſeros ad usque Neſtoris annos intemeratæ ſalutis conſervet ſplendore.

DO-

DoMInVs In CœLIs

* * * *

AſpIret proſperè VeLIs

Floreat

DreChsLerVs ConsUL, HaLLanæ RegIonIs
ReCtor præſens, gLorIa & DeLICIæ,

* * * *

Vivat

SteLVVaglVs PaLatII CæſareI CoMes & ConsILIariVs,
ConsVL eXoptatVs, sIngVlarIterVe notVs PatrIota.

Vigeat

MVLLerVs VICarIVs ConsVL, oCtogenarIVs
SeneX, AVVs ConſtantI pIetate VenerabILIs, PatrIæ LIbertatIs Honos.

* * * *

Vireant

DIetrICh & HartMannVS generoſa InterIorIs SenatVs PeCtora.

* * * *

Floreſcant

LaCornIVs & HartMannVs eXCeLLentIores HonorIfICI senatVs ConsILIarII VIrI In InsIgnIa PatrIæ Vrbis fortVnas atque ſoLatIa genItI.

* * * *

& floreatis tandem, vivatis, vigeatis, vireatis, floreſcatis quotquot numerantur, omnes & ſinguli

* * * *

Vos ProCeres ſaCratI DoMInIqVe gratIosI.

* * * *

SpLenDIDa HaLanæ RegIonIs syDera eXtantIora CapIta.

Ita

Paucis Multa
ObeDIentIs CorDIs Vota
In PatrIæ ProCeres DeVota
Quibus ſancta Trias pondus ineſſe velit.
SIC ManebIt InConCuſſa, ConCors fLos In RepVbLICa.

Valete, favete

ILLVstrIa, generoſa, NobILIa InsIgnIorI eLogIo
HonoranDa NoMIna.

DeVotæ hVMILItatIs CLIentI
Autori.

Digitized by Google

In NoMIne DeI patrIs, genItI aC spIrItVs sanCtI fIat!

AUrea libertas! Divinæ Majeſtatis ſcintilla! Donum incomparabile! Ampliſſimo quam ſapiens haut mutaret Perſarum imperio, velle eapropter ſuum atque nolle æſtimari neſcium in alterius velle collaturus & nolle. Quid? Plenaria vix datur libertatis amiſſio. Libertatem enim cogitationis & conſilii hominibus quis quæſo eripiat? Hinc ſol tot liberos, quot Homines reſpicit, inalienabilia quibus nunquam non connatæ libertatis ſupermanent veſtigia. Aurea Libertas! (a)

(a) multa præclare hanc in rem congeſta videſis apud Jacob. von der Græf. JCtum Delphenſem in *Syntagm. Jur. Publ. C. VI. VII. VIII.*

II. Illuſtriſſima inæſtimabiliter cultæ libertatis (b) ſpecimina auguſta nobis ſiſtit Germania; Cujus quippe Cives *ad libertatem non docti, ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſunt, quorum libertas Arſacis* (c) *Regno acrior, ſi læſa aut ſervili telo percuſſa, corda illorum tamdiu inquieta ſunt, donec illam ad priſtinum ſtatum reduxerint.* (d) Hinc nunquam Majeſtas abſoluta Teutoniæ Regibus conceſſa, ſed quam ſemper comitabatur vel Democratiæ, ut olim (e) vel recentioribus ſeculis convenientioris Ariſtocratiæ mixtura & temperamentum quæ tamen pro varietate, injuria & favore temporum varios admiſere gradus.

(b) Sed libertatis fateor uſurpandæ non omnes mortalium ſunt

Digitized by Google

capaces. Nec Teucrorum quisque gerit pectora. Hinc hoc ſenſu cum Ariſtotele ſervos natura dari admiſerim vid. Excell. Dn. Stephanus Chriſtoph. Harpr. *in Specim Analogico. Juriſprud. Univ. & Romanæ Particularis quoad ſtatum libertatis p. 29.* Nec ſpecioſa libertatis nomina vere ſubditorum rebellionibus inſervire debent. Forſtner *ad Tac, p. m. 331.* Sed quilibet præſenti Reipublicæ ſtatu contentus ſit. Grot. *2. 4. 8.* Livius *L. XXXV.* Et nimiam etiam libertatem in licentiam facile degeneraturam juſtis includere cancellis præſtat. Conr. ad Lamp. *p. 3. c. 2. ſ. 15.* Hinc etiam eſt, quod Reſpublica Democratica, wo der ungehobelte Hanß Omnis regiret/ ut nonnemo loqui amat, pauciſſimis conducat. Illud porro certiſſimum quod fallatur, egregio quisquis ſub Principe credit ſervitium, cum nunquam libertas gratior extet, quam ſub Rege *Pio.* At quid potius communiter non audet Diis æqua poteſtas?

) Tacit. *de morib. Germ. 37.* Arſacis Regnum Parthorum audit invincibilis ille orientem verſus Romani Imperii terminus; uti ab occidente eſt Germania injuſtis Romanorum armis afflicta quidem, ſed nunquam penitus ſubacta aut in provinciæ formam redacta. Bernegger *quæſt. in Tacit. German. 151.* Burgold. *ad Inſt. Pac. L. 1. diſſ. 2. m. 1, §. XII.. add.* integra diſſert. Andr. Julii. Dornmeyers *de Germania nunquam Romanis ſubacta cit.* Excell. Dn. Struv. von Veränderung deß Teutſchen Reichs *p. m. 3.* Hinc apparet, quam inepta ſit eorum ſententia, qui ad excuſationem Tutorum & Curatorum ratione liberorum 5. requirunt *ex eo*, quod Germania fuerit provincia Romanorum.

d) Sunt verba Pacifici à Lap. *ad Monz. p. 338. cf.* M. Georg Jacob. Mellini *diſſ. de Fœdere Suevico Jenæ hab. anno 1696.* in præf. add Commentatores ad Tacitum paſſim. Huc etiam faciunt verba Philippi Haſſiæ Landgravii ap. Frid. Hortlederum *de cauſ. belli germ. p. 2. l. 4. c. 5. ſ. 65. ibi:* die Teutſche nation iſt ein frey Reich und billich das freyeſt auff aller Welt/ daß wird ſich in Dienſtbarkeit ungerne begeben. cf. Hagem *de Comit. p. 3.* Agnoſcunt hanc libertatem glorioſiſſ. mem. Cæſares Maximil. I. & Carolus V. quando dixiſſe feruntur apud Kirchnerum: *in Germania Regibus ſe imperaſſe.* Per Illuſtr.

L. Ba-

Digitized by Google

L. Baro de Lyncker. *diſſ. de libertate Statuum Imperii* p. i. Et notatu dignum eſt hoc loco, quod cum ſub initium belli Bohemo-Germanici Princeps Anhaldinus dixerit: Die Teutſchen Fürſten wiſſen nicht / was für einen ſtarcken Rücken das Haus Oeſterreich habe / werden aber das mit Schaden empfinden / Nobilis quidam Marchicus regeſſerit: Und das Haus Oeſterreich weißt nicht / waß für ein Wild Pferd die teutſche nation, und daß der ein wohlberittener Reuter ſeyn muß / der daſſelbe bezwingen und in vollem Gehorſam haben will. vid. Joan. Erneſt. Crugeri *Intereſſe Orbis Europ. Modernum. p. m. 248.* Sed, Deo ſit laus, novit hactenus Auguſta Auſtriaca Domus Romanum ita gerere Sceptrum, ut illibata manente Patriæ libertate ſummam tueatur ad normam legum fundamentalium auctoritatem Imperatoriam, ita, ut ſincerus quisque civis Germanus Auſtriacos ad finem usque ſeculi exoptet Cæſares, quorum potentiam Turcarum viribus connatam felici omine oppoſuit Præpotens in Cœlis Numen. cf. *παραλιπόμενα ad Abb. Urſp. p. 368. cf.* Joh. Buno *in Idea Hiſt. Univ. p. m. 208*, Bruggem. *de Statu & ſcopo Reipubl. Germ. p. m. 31.* Et ad Garamantas & Indos ſecedant peſtifera illa virulenti Scriptoris Hippol. à Lapide (quem Autorem mirum eſt Gallico Idiomate indutum libere noviſſime in Germania vendi mutato titulo) conſilia, fidus quæ horret Patriota. Fruſtra etiam Dux de Rohan *in Trutina Statuum Europæ Diſcurſ. 5. p. m. 22.* cum perſonato illo Romani Imperii Satyrico Monzambano Germaniæ rationem ſtatus in eo præcipue verſari putat, ne Auguſtæ Domui Auſtriacæ per continuas ſucceſſiones quaſi hereditarias dignitas amplius deferatur Imperatoria. Inania hæc ſunt meticuloſorum ſomnia! Sat Teutoniæ libertati cautum eſt per Capitulationes, quibus liberrimam fatentur electionem, ſartam tectamque promittunt ipſimet Cæſares, & quid? toties, quoties (fit autem cottidie) ſe ſcribunt Erwehlte Römiſche Kayſer jus modumque delati imperii pleno ore indigitant. Eo enim maxime reſpicit dicta vox, Erwehlter / nec ex defectu, vel intuitu coronationis Romanæ, quod adhuc ſequi poſſit, uſurpatur, ut noviſſime cum aliis vult Vir Illuſtris quidam, adhibita quippe legitur a Carolo V. à Pontifice jamjam coronato

R. I. 1541 - 44 - 45 - 48. cf. Maurit. *ad Cap. Leop. p. 769.* Ut taceam hoc rerum indeclinabili ſtatu, deplumata valde Aquila, ex rationibus Politicis, in alium vix Principem deferri poſſe Imperium. vid. Dn. Jacob. Brunnem. *Exam. Jur. Publ. L. II. c. I. q. 3.* add. Dn. Langens Einleitung zu den Geſchichten/ *p. m. 62. L. II. ſ. 2. §. 6.* adeò, ut multi curioſitate conjecturisque privatis ducti, caſu contingente (quem tamen benigniſſimus Deus averruncet) ut Proles Maſculina in Auguſta Domo Auſtriaca deficeret, illum Principem ſummum Imperatoris culmen aſcenſurum ſibi perſuadeant, cui feliciſſimo fato Archi Duciſſa tot Regnorum & Provinciarum hæres matrimonio fuerit juncta. vid. laud. Brunnem. *d. l. q. 7.* add. Dn. Gauppii *Diſſ. quam nuper ſub Magnif. Dn. Præſid. moderamine habuit de Electione Imperatoris p. 37.* Libertati certe Germaniæ melius vix eſt proſpectum quam ſub Auſtriacis ad ſumma Orbis Imperia natis, Juſtitia quibus & Clementia virtus eſt Hereditaria, uti non una vice ipſimet atteſtati ſunt Hoſtes. Cf. hic Germani Sinceri *Diſquiſitio, An Excreſcens Auſtriacæ Domus Potentia Regni Hiſpaniæ acceſſione Europæ ſit metuenda*, quæ noviſſ. poſt electionem Auguſtiſſimi Caroli VI. non addito Authore, loco & tempore prodiit; ut teſtimonia infinita Scriptorum nunc omittam. Si olim forſan turbatis temporibus duriores experta videtur Auſtriacos Imperatores Pars Teutonum, nimius inſtinctu maxime Cleri cauſa fuit religionis Zelus, quem nunc tamen ad certiores LLgum fundamentalium regulas reſtringere laudatiſſime amant. Vota hinc ſingulorum in unum quaſi coadunata eo redeunt, ut æterna præſens ſit Auſtriæ, & feliciſſimus myſtico olim glorioſiſſ. mem. Friderici III. (quod alii perperam Maximil. I. adſcribunt) Symbolo, a. e. i. o. u. prout communior, (plurimas enim habet, eodem tamen, quod mireris, recidentes,) interpretatio hactenus invaluit, *Auſtriaci Erunt Imperatores Orbis Ultimi* (verus autem ſenſus eſt: *Auſtriæ Erit Imperare Orbi Univerſo*; hanc quippe explicationem Ipſummet Imperatorem Fridericum Optimum ſuæ mentis interpretem propria manu Codici cuidam, qui adhuc Viennæ ſervatur, inſcripſiſſe Schola nos docuit Jenenſis *Struviana*) reſpondeat eventus. Aptamus hic præſenti Chronologiæ votum olim Chronico-metricum pro ſalute Au-

guſti

Digitized by Google

guſtiſſ. hujus Domus in Tabulis Genealogicis Rittershuſianis conceptum:

Vna DoMVs VIreIs & onVs qVæ sVſcIpIs orbIs
VIVas aVgVſta & VenIat tIbI RegIa proLes.

(e) vid. Tacitus *de Mor. Germ. c. 7. & 11.* ibique comment.

(f) Teſtibus luculentis omni Hiſtoricorum & Publiciſtarum caterva.

III. Inſignis illa inclytæ nationis Germanicæ libertas Adamantis inſtar inter gemmas in Jure Comitiorum moderno refulget. (a) dum ſummi imperii jura regiminisque moderamina Auguſtiſſimo cum Cæſare gerunt Ordines. Non fucum illa & ſpeciem (b) præſe ferunt ſaltem libertatis, ut Parlamenta Gallica & Hiſpanica (c) olimque ſub Imperatoribus Romana (d) theatrum Regale tantum condecorantia, ſed vim & poteſtatem obtinent maximam, realem quippe & effectivam Imperii inducentia communicationem. *Quicquid enim eſt*, ut celeberrimi Conringii (e) ore loquamur, *quod ad gloriam Dei, conſervationem juſtitiæ, honeſtatis & publici ſtatus ædificationem conferre poſſit, de eo in conventibus publicis agitur.*

(a) Hagem. *de Comit. in præfat.* & Friedberg. *ad Burgold. p. 3. diſſ. 3. n. 2.*

(b) Scilicet ingens eſt Comitiorum differentia, prout diverſa exſurgunt Regnorum facies & jura. Alia quippe inſtituuntur nudi ſaltem conſilii capiendi, vel favoris tantum conciliandi gratia, ubi vota Statuum ſaltem ſunt conſultativa. Alia autem ipſo neceſſitatis jure vi LL. fundamentalium habenda veniunt & vota tunc Ordinum evadunt deciſiva. cf. de diverſitate hac Comit. egregie diſſerens in theſi (ut peſſime in hypotheſi) Perſonatus ille Hipp. à Lap. *L. 1. c. 4. 5. 6. à n. 1-22.* excluſive, jung. Bœcler. *in notis ad eundem.* cf. Conring. *diſſ. de præcipuis negotiis in Com. Imp. Germ.* § *inpr. III.* add. Autor Der *Novellen* aus der gelehrten Welt *ad annum 1649. p. 4417.* Parilis obtinet differentia ratione

one Comitiorum Provincialium der Landtäge in Imperiis ſubalternis. cf. B. Fritſch, Stryck & celeberrimus Dn. Wildvogel, pecul. diſſert. *de Statibus Provincialibus*, von Land-Ständen. add. Autor *continuati diſcurſus* von Land-Ständen *contra Autorem* deß Diſcurs von Land-Ständen.

(c) Autor deß *Europ. Herolds.* ſub Franckreich und Spanien. Hagem. *in Epiſtolis Juris Publici Europæi Epiſt. 2. §. 19. ſq.* ubi de Gall. ſtatu. & *Epiſt. 9. §. 8.* ubi de Hiſp. conf. Rhetius *diſſ. de Pace c. 2. §. 4.* De Galliarum Rege ibidem obſervat, quod Parlamenti ſui poteſtatem quandoque fingere ſoleat, prout nimirum utilitatis & ſtatus ſuaſerit ratio.

(d) De Comitiis Romanorum multa illuſtrationis ergo dicenda, ſed properandum nobis eſt. Strictim hinc & remiſſive. Primis natæ Reipubl. temporibus quanta Comitiorum fuerit autoritas conſtat. Diſtinguebantur illa in curiata, centuriata & tributa. Errant qui quartum genus καλατα np. Comitia ex §. *1. l. de teſt. Ordin.* addunt. Illa enim non peculiare Comitiorum genus conſtituunt, ſed κατ᾽ ἐξοχὴν ſic ab initio dicebantur Comitia Curiata, poſtea vero nomen hoc ijs remanſit, qua pro collegio Pontificum auguris aut flaminis inaugurandorum gratia per Tibicinem indicta, in quibus ſolis teſtamenta religionis & antiquitatis cujusdam ratione condita leguntur. Unde dein origo numeri ſeptenarii teſtium in ſolennitatibus teſtamentorum, quem Prætoris Edictum induxit, additis ſc. V. olim uſitatis loco libripendis & familiæ Emtoris duobus aliis teſtibus, liquido deduc poſſet, de cujus rat. fruſtra deſperat Carpz. *Part. III. c. 3. d. 2.* melius tamen, quam ſi cum aliis ineptas quæreret rationes riſum moventes, nec ſpernenda antiquitatis ſacra, quæ ipſemet ſacratiſſimus commendat Legislator *in §. 1. l. de teſt ordin.* ibi: *ut nihil antiquitatis penitus ignoretur.* cf. interim ex Hubero & Thomaſio Dn. Ludovici *in doctrin. π. ad t. qui teſtam. fac. poſſ.* §. 23. junctis omnino iis, quæ habet Bachov. *ad Weſenb. eod. tit. p. m. 473.* & Hillig. *ad Donell. L. VI. c. 7. lit. F.* addantur de in ex Nicol. Grucho *de Comitiis* & qui ipſum in aliquibus corrigit Carolo Sigonio *de Comit. Romanor.* Roſino & A. Gellio plura, unde dubiis nonnullis fieri poteſt ſatis cf. Andr. Gerhardt *diſp. de teſtam. 2. th. 4.* & noviſſime

G. H.

Digitized by Google

G. H. Neuport *de Rit. Roman. c. V. & VII.* Sed in viam! ſuccedente in locum Democratiæ ſpecioſis licet ſub nominibus abſoluta Monarchia (comitiorum vere talium plane neſcia vid. Joachim. Erneſt. Crugeri *Intereſſe Orbis Europæi Modernum p. m. 187.*) tenues, priſtinum illud, ut ita loquar, Comitiorum corpus ſeceſſit in auras, remanſit fucus & umbra. cf. hic Arnold. Clapmar *de Arcan. Rerump. L. VI. c. VII.* Omnia quidem ad Patres Conſcriptos retulerunt Imperatores, Præſides ſe non Dominos Senatus profitendo *l. 8. C. de Leg.* ſed ut in cautis tantum imponerent, ſpeciem ſervantes priſtinæ tunc revera amiſſæ libertatis, uti e. g. ſuperiori ſeculo Cronnwellius Protectorem Angliæ ſe dixit, cum plusquam Regiam in effectu, imo tyrannicam nefandiſſimus Regicida exercuerit poteſtatem. Ceterum factum inde eſt, ut ſub Imperatoribus adhuc multa prodirent prævia tamen Oratione Imperatorum SCta. Qui ut ut externo ſchemate ſuadere legem videbantur, revera tamen SCtorum Autores erant, adeo ut etiam JCC. Romani ſæpe magis verba orationis Imperatoriæ allegent, quam ipſius SCti, quod ad præviam illam orationem factum eſt. Celeb. Dn. Böhmer *Introd. in Jus Publ. Univ. p. ſp. L. II. c. III. §. 8. not. o. p. m. 384.* Facit hoc ad nonnullarum Legum apparenter ſibi invicem obſtantium conciliationem. vid. Gothofr. *in not. ad l. 5. π. de transact. lit. p.* & inprimis *ad l. 16. de Ritu Nuptiar. l. z.*

(c) in laud. *Diſſ. de Præcip. Negot. in Com. §. 8.* cf. Hagem. *de Comit. in præf.*

IV. Conſtat Comitiorum noſtrorum ſplendor triplici reſpective Terinclyto Senatu, Supremum cui præeſt Imperii Caput, Auguſtiſſimus Cæſar, vel ſacro ejus nomine Eminentiſſimus Principalis Commiſſarius. (a) Primum abſolvit Potentiſſimi Electoralis Collegii Eminentia, Alterum conſtituit Sereniſſimorum Principum potentia, Tertium tenet Illuſtrium Civitatum Imperialium Libertas. (b) Tanta nationis noſtræ congregata Majeſtas Hoſtibus terrori eſt; nec unquam ſic unitis pavet Aquila. (c) Poſtremus in Comitiis Imperii Senatus Liberarum videli-

cet

cet Civitatum Imperialium noſtræ in præſenti conſiderationis eſto, de quarum juribus Comitialibus, Voto inprimis Deciſivo, theſes (c) has inaugurales placido Eruditorum ſubmitto Examini, ſicubi offenderim, gratioſum reſtitutionis in integrum beneficium minorennis intuitu ætatis decenter imploraturus.

(a) de quo integra proſtat *Diſſertatio Argentorati habita anno 1709. pro licentia* à Walramo Chriſtiano Ackermanno.

(b) vid. Magnif. Dn. Præſes *in Introd. in J. P. part. ſq. S. 1. c. XXX. §. 11. ſq.* cujus auctiorem diu deſideratam propediem Orbis Eruditus videbit Editionem.

(c) Hagem. *de Comit. p. 3.*

(d) conſtitueramus quidem nobiscum juſto aliquo tractatu delicatam hanc pertractare materiam; ſed cum abitus ab Academia multis de cauſis maturandus veniat, tum varia ad hoſce conatus neceſſaria deſint ſubſidia, poſitiones, quas conſpicis, benevole Lector, ſpeciminis inauguralis loco ſufficiant. Dabitur forſan cum die occaſio, ſi vires Deus & vitam conceſſerit, priſtinos, quos intenderam, reaſſumendi labores.

V. Ut ergo, ab ovo, quod ajunt, tractationis noſtræ ducamus auſpicia, prima ſtatim nobiliſſimi hujus juris origo indaganda venit, quo ſc. tempore Civitates Imperiales Comitiorum factæ fuerint participes. Difficilis hic labor eſt, quod ſufficienti deſtituamur antiquioris ævi Comitiorum Hiſtoria. (a) Accedit quod argumentum de Civitatibus & oppidis Imperii, ferme plus obſcuri habeat atque dubii quam res aliæ. (b) Erit interea aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra. (c) Diſtinguamus nos tempora; ut concordet ſcriptura. Alia quippe Civitatum Imperialium priſtinis in Comitiis, alia plane in recentioribus atque modernis ratio eſt atque poteſtas.

(a) communis hæc eſt Publiciſtarum querela, cui tamen ſupplendo defectui, quantum nempe ex medii ævi Scriptoribus licet, (quibus adnotaſſe ſanctius fuit, ubi & qua pompa Paſcha aut Pentecoſten

Digitized by Google

coſten celebrarit Imperator, quam ut res geſtas, ſolennitates, modumque tractandi in Comitiis condigno retulerint calamo) multi Viri Præſtantiſſimi ſubvenire ſtudent, promtasque pollicentur operas vid. Excell. Dn. Struv. *in Præf. ad Dn. Rühlmanni* tr. von Reichs-Tägen. Egregium enim Dn. Mulleri *Theatrum Comitiorum* particularis, non univerſalis labor eſt.

(b) Conring. *ad Lamp. c. 7. p. 248.*

(c) Horat. *1. Ep. 1.*

VI. Comitiorum (a) quæ fuerit natura primis ſub Germaniæ exordiis, nos hic parum attinet. (b) Sufficiat notaſſe, quod ſicuti tum omnis fere poteſtas fuerit apud populum, (c) ita poſtea tempore Carolingorum & ſubſequentium auctoritas Cæſaris & Principum prævaluerit depreſſo valde popularis ſuffragii valore. Videamus ergo breviſſimis faciem Comitiorum à Carlo M. ætate ad turbulenta *fere* usque interregni tempora. Ordinum tum fuerat diſtinctio in Majores & Minores. Hinc Comitia vel univerſalia, ſi omnes convocabantur, vel particularia, ſi Majores tantum. (d) & hæc ipſa Majorum Comitia ſeu Conventus Principum ſua in ſphæra iterum vel generalia vel particularia dixeris (e) ſed quinam Majores? quinam Minores? quæ qualis quantaque utriusque ordinis vis, valor atque poteſtas. Ampliſſimus ſe aperit dicendi campus, ſed ſtrictim nobis agendum pro inſtituti ratione. ſc. Majores qui fuerint, illuceſcit inprimis ex diplomate *Ludovici Pii*, quod inſcribitur *omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus* VEL *Vice Dominis, Vicariis, Centenariis, telonariis, actionariis & omnibus Rempublicam procurantibus*, in quo diſtinctionem inter Majores atque Juniores per particulam *vel* factam videmus. (f) Verbo: Majores erant Magiſtratus ſuperiores, minores Magiſtratus inferiores, illi **die Ober-Richter und** Præſidenten, hi **die Unter-Richter.** Poteſtas pro diverſitate temporum & Ordinum exſurgit diverſa.

verſa. Nobis diſtinguendum videtur inter tempora Caroli M. ejusdem lineæ ſucceſſorum, & Imperatorum ſubſequentium famoſiſſimum ad usque interregnum. Et primum quidem ſic conſiderabimus Ordinem Majorum. Temporibus Caroli M. paria, ac olim Auguſtus populo Romano conceſſerat, ſtatibus etiam majoribus competiiſſe Comitiorum jura, umbram ſcil. ſaltem & fucum libertatis, Ordinesq; in univerſum omnes revera nudos fuiſſe conſiliarios, plurimorum eſt opinio. (g) Sed in ſucceſſoribus Carolingicis Sanguinis quidem & Regni, non autem virtutum Paternarum Avitarumque heredibus, criſtas mox erigere ceperunt Germaniæ Ordines. Hinc novimus Ludovicum Pium quoque depoſitum fuiſſe, impio licet conciliabulo, Cleri inpr. ſcelere, & ſub Arnulphi Regimine Comitia ex diſſenſu Principum irrita facta legimus, manifeſto indicio, vota omnino jam tum deciſiva, non conſultativa Statuum fuiſſe Majorum. (h) Quid nunc de ſubſequentibus dixerim? quorum ſub Regimine pedetentim & ſenſim ſine ſenſu, prout nimirum ſuperioritas territorialis Statuum per modum alluvionis & lenta incrementa variis gradibus primum in Principibus, poſt Comitibus, & tandem in Civitatibus crevit, potentia Principum & in gubernatione ſtatus neceſſaria concurrentia magis magisque ſtabilita reperitur. (i) Sed quid de Minorum Magiſtratuum Comitiali ſuffragio habendum! inſtruit hic nos Hincmarus *Ep. c. 3. n. 29.* inquiens: *Minores propter idem conſilium ſuſcipiendum & INTERDUM pariter tractandum, & non ex poteſtate, ſed ex proprio mentis intellectu vel ſententia CONFIRMANDUM.* Patet inde nullam eorundem fuiſſe effectivam ſuffragandi poteſtatem, ſed decreta Seniorum applauſu ſeu conſenſu generali confirmandi, ita tamen, ut ſi quid ponderis in contrarium attulerint, fuerint auditi. Malim ergo

Digitized by Google

ergo votum ipſis tribuere *negativum*, (k) quam nudum ſaltem deliberativum.

(a) Comitia dicuntur à coeundo, vel potius, ut veteres dicebant, comeundo, unde etiam Comitium Romanis quaſi Coitium dictus eſt locus in foro, ubi ad Comitia & quandoque adlites decidendas populus convocabatur. Coras. Oper. *t. I. p. 30. n. 24.* Nieuport *in Explanat. Rit. Rom. p. m. 28.* Initio ſine tecto fuit, longo poſt tempore tectum impoſitum eſt. Hildebrand. *Antiq. Rom*, voce, *Comitium*. Hinc etiam conciones quaſi comtiones ſeu coitiones vocabantur. Nicol. Gruchus *de Comit. in præf. p. 4.* Denotat vox *Comitia* in numero ſingulari, Comitatum, ein Graffſchafft / vel ut alii volunt ſtricte loquendo eine Burg-Graffſchafft / uti quidem ex Franc. Guillimanno *L. 4. Rer. Habs.* exiſtimat Peller *in diſſ. inaug. Altorff. habita anno 1703. de libertate à Jurisd. Princip. & Domini territ. ordin. p. 35.* Sed quicquid id eſt, Hiſtoriarum nos docent documenta, quod promiſcue etiam paſſim nomen Comitatus & Comitia uſurpentur perinde ac Baronia & Baronatus, de quo vid. B. Stryck. *de Jur. Baron. c. 5. §. 7.* quæ vox & alibi ſcribitur Cometia, imo & Comecia. vid. ex. Alb. Stad. aliisque Autor der unmaßgebl. Gedancken über die geſuchte neue Vota im Reichs-Fürſten-Rath / in andern abſatz. § 16. *lit. c. p. 32.* cf. Arnoldus Lubec. *in Chron. Slav.* & Hermannus de Lerbecke *in Chron. Comit. Schawenb.* paſſim. *add.* Rühlm. *de Comit. p. m. 144.* Synonyma vox Comitia, quæ ipſa demum Germanis à tempore Maximil. I. frequentatur. Wagens. *de Comit. Univ. S. R. I. §. XII.* uti etiam germanica vox Reichs-Tag poſt tempora demum Friderici III. invaluit. Müller im Reichs-Tags Theatro in der IV. Vorſtell. *§. 17. p. 235.* habet quamplurima, ut ſunt Congregationes, Placita, Diætæ, conventus, colloquia, Concilia, *rarius* Synodus & Parlamenta, communiter Conventus & Curiæ, ubi æquivocatio vocis *Curia*, cum ſæpiuſcule æquipolleat vocabulo Aulæ, notanda venit; quemadmodum in uno §. occurrit in gemino hoc ſignificatu ap. Alb. Argent. *p. 129. n. 40.* quæ obſervaſſe non eſt de nihilo; abuſus enim eſt diſpari hoc ſignificatu Hipp. à Lapide ad virulentas ſuas adſtruendas

 hype-

Digitized by Google

hypotheſes, rectiſſime notatus à Bœclero *in ſtricturis ad eund. p.m. 55.* Illud adhuc non impertinenter forte addimus, quod Onuphrio Panvinio illi Imperii conventus, in quibus Romanorum eliguntur Imperatores, germanice, Wahl-Tág. Comitia Imperatoria, (quæ Judice Arumæo *de Comit. c. 2. n. 14.* melius vocaſſet Electoralia) & quandoque κατ' ἐξοχὴν Comitia dicantur, uti inpr. patet ex *p. 415.* ubi minus apposite ait, quod amiſſo Jure Comitiorum (i. e. electionis deß Wahl-Rechts) ceteri Principes in aliis Imperii negotiis tranſigendis admiſſi ſint, quaſi ſc. unquam de eo motus fuerit ſcrupulus.

(b) vid. interim. Dn. Felz. Prof. Arg. *Diſſ. de Comit. Imp. Univerſal. c. 1. p. integr.*

(c) vid. ſupra §. *2.* add. Dn. Felz. *d. l.* ex Tacito *de Mor. Germ.*

(d) cf. Magnif. Dn. Præſes *p. gen. c. IV. n. 7. & 8.*

(e) Hujusmodi particularia Principum Comitia multa apud ſcriptores deprehendimus e. g. *Annales Hildeshem.* apud Leibn. *ad annum 1036. p. 728. Imperator, purificationem S. Mariæ Auguſtisburg egit; ubi & publicum cum cunctis CIRCUM JACENTIUM regionum Primoribus conventum habuit.* Generales hinc Principum Conventus generaliſſimis docentur expreſſionibus, e. g. totius regni Principes, aut abſolute, Regni Majores. Exempla quamplurima ubivis reperiuntur obvia.

(f) vid. Struv. *Synt. Jur. Publ. Diſſ. 22. §. 4.* Rühlmann. *de Comitiis p. m. 13.* juncta *p. 99. & 106.* Majores vocantur etiam, ſeniores, ſapientes-iores, prudentes-iores, Primores, Primates, Meliores, Optimates, interdum Proceres, quanquam vox Proceres communiter Magiſtratibus Minoribus tribuatur. Autores conglomerare anguſtia chartæ prohibet.

(g) Sicuti diſertim Conſiliarii dicuntur apud Hincmar. *Ep. XIV. n. 31.* Et ab his Carolus M. belli jure Germaniam ad inſtar Regni Patrimonialis (de quo integra proſtat diſſertatio Excell. Dn. Beckii nunc Prof. Jenenſ. Et quod ſpeciatim Imperia bello parta pro patrimonialibus habeantur vid. Dn. Böhmer *in Jur. Publ. Univ. p. m. 224.*) ut abſolutiſſimus Monarcha tenuiſſe creditur. Sed cum ipſemet Germanus generoſa Germanorum ad libertatem nata optime noverit pectora, eum ſpeciem priſtini regiminis

ſer-

Digitized by Google

ſervaſſe ajunt, ita, ut ex conſilio & placito Statuum Majorum Imperii videretur moderari gubernacula, non excluſo etiam, de quo mox, minorum ordine. Hisque omnino falli exiſtimantur, qui tunc vota ſtatuum *vere* deciſiva tuentur, uti Pfeff. *ad Vitr. L. 1. t. II. §. 10. lit. d.* licet quoad tempora Carolingicorum ultima id libenter & ipſi admittant, de quo in notula ſequenti. cf. int. B. Bœclerus *in Commentario de reb. ſec. IX. & X. p. 19. ſq.* Kulp. *ad Monz. c. 1. §. 7. p. 53.* ubi ſummum & abſolutum Caroli M. evincit imperium. Hinc ibidem Mullerus *in præf.* deß Reichs-Tags Staat vota tum temporis Comitialia nominat ein Conſilium oder Præſcitum ſonder Contradiction. vid. tamen Franc. Hottomannus *in Franco Gallia c. 6.* Conr. *ad Lamp. p. 2. n. 11.* & *de Imp. Rom. Germ. §. 31.* Ludolph. Hugo *de Stat. Reg. Germ. c. 1. n. 3. & c. 4. n. 4. 5.* Hachenb. *Germ. Med. diſſ. 1. §. 20.* Spectat huc etiam quæſtio: utrum Imperium illo tempore fuerit hereditarium, an Electitium? in utramque partem ſpecioſis rationibus acerrime diſputata. Noſtram facimus dictis convenientiſſimam eorum ſententiam, qui mixtam ſtatuunt, ita tamen, ut ſucceſſio prævaluerit. Videlicet externo ſchemate electio priſtina apparebat, quæ tamen præciſæ erat neceſſitatis, ſi enim Ordines in ſucceſſorem dicis gratia eligendum conſenſum denegaſſent, præter graviſſimam Regis offenſam vel inviti recipere coacti fuiſſent, jure ergo ſibi conceſſo electionis ad palatum & cantilenam Regis utebantur. Media hac via tutiſſima utriusque adverſis cornibus pugnantis ſententiæ argumenta declinare poſſumus, quam etiam tenet Magnif. Dn. Præſes *p. ſp. ſect. 1. c. 1. §. 18.* & præter ibidem allegatos Ludolph. Hugo *de Statu Reg. Germ. c. IV. §. 4. p. m. 154.* Kulpis & Thomas. *ad Monz. c. IV. §. 1.* jung. Conring. *Diſſ. de Septemv. §. 22.* Ceterum an Electio an Succeſſio præferenda? quæſtio eſt a Politicis valde agitata, quam optime reſolvunt, qui in theſi Electioni palmam deferunt, in hypotheſi autem neutri, ad genium atque naturam cujuslibet populi reſpicientes. vid. Joann. Balth. Romig. *Diſſ. de Regno §. 38.* quam Jenæ habuit ſub Præſidio Philoſ. Adjuncti M. Hundeshagen. add. Rümel. *ad A. B. p. 1. d. 2. th. 3.* & Schüz *vol. 1. diſſ. 2. th. 3. lit. c.*

Digitized by Google

(h) teſtatur id aperte Regino *ad. annum 894.* ubi ita de Arnolpho Imperatore: *Poſt Wormatiam venit, ibique placitum tenuit, volens Zundibolch, filium ſuum Regno Lotharii præficere, ſed minime optimates ea vice aſſenſum præbuerunt.* Quod factum tamen Comitiis ſubſeq. ut refert Idem Regino *ad ann 895.* Ergo cum effectu conſenſerunt, qui *vi poteſtatis* effective diſſenſerunt. vid. Pfeff. *ad Vitr.* l. l. cui *hactenus* aſſentio cf. laud. Dn. Felz. *d. l. c. II. §. 4.*

(i) vid. ſæpe laud. Dn. Felz. *d. l. c. 3. per totum.*

(k) Votorum dum a nobis ſæpius fit mentio, nemini credo ullum ſubnaſci dubium, quo ſenſu vocabulum *πλιψημον* votum, accipiatur. Idem enim hic loci denotare ac ſuffragium, eine Stimm/ Rathſchluß/ ipſa rei docet evidentia, vid. interim de ejusd. Etymol. Synoni. & fœcundiſſima illa Errorum genitrice Homonymia Illuſtr. Dn. Wildvogel. *Diſſ. de voto informativo §. 1-6.* & Dn. Mejer Prof. Erfurt. *de Votorum in Colleg. prærogativa §. 1. 2. & 6.* Palmaria votorum diſtinctio eſt in deciſiva, negativa, aliis dicta informativa, & conſultativa ſeu deliberativa. Dn. Wildv. *d. l. §. VII.* petita ſc. à jure & poteſtate ſuffragiorum. Quæ ſi plena fuerint & perfecta, ad res decidendas neceſſaria audiunt deciſiva, ſin minus plena & imperfecta conſilii tantum gratia ferantur, conſultativa dicuntur. cf. Linck. Prof. Arg. *Diſſ. de fundamento voti Comitialis §. 1.* quod ſi ſuffragia approbationem vel informationem aliorum (unde & correlativa dicuntur) reſpiciant, ita ut diſſenſus ex cauſis NB. *ſonticis* attendatur, votum vocatur negativum ſeu informativum. Id quod laud. Wildvog. *integr. cit. diſp.* exemplo Eccleſiæ voto negativo concurrentis cum eligente Patrono illuſtrat. cf. Reverendiſſ. Dn. Cancell. D. Jæger *Tr. de Jure Poteſtatum ſupremarum circa ſacra. p. m. 141.* add. Dn. Böhmer *in Uſu Mod. Jur. Canon. L. I. t. VI. §. 3. & t. XXIII. §. 20.* Simile exemplum voti negativi multis videntur verba innuere *cap. Leop. art. 44.* de requirendo in admiſſione novitii Status Electorum & Collegii, cui jungendus, conſenſu; vid. Henninges *ad Beck. p. m. 204.* Lynck. *de conſenſu Electorali §. 16.* plures adhuc vide ap. Magnif. Dn. Præſidem *Diſſ. de Auguſtiſſ. Imperat. Reſervatis §. XXIV.* quos tamen operoſe ibidem diſſentiens cum

aliis

Digitized by Google

aliis confutat. Hodie nullum amplius ſupereſt dubium, quin uti in ceteris, ita & hoc paſſu vota Statuum vere & plenarie ſint deciſiva, idque per noviſſ. Auguſtiſſ. Caroli VI. Capitul. ubi loco verborum, vorhero genugſam gehöret worden/ poſitum, in die Admiſſion ordentlich gewilliget/ *art. 1. junct. art. 11.* ibi: Vorwiſſen und *Conſens*, quæ etiam antea reperiuntur *in R. I. 1654. §. 197.* Sed ad rem. Votum nos, quale deſcripſimus, negativum Magiſtratibus Minoribus olim in Comitiis competiiſſe aſſerimus, non nudum deliberativum cum Pfeffing *d. l.* auditi enim ſunt & tractatum cum illis *interdum*, ſi np. quid ponderis & cauſas ſpecioſas contrarias allegarint. cf. Arumæus *de Comit. c. 7. n. 145.* ubi ad verba Hincmari, non ex proprio mentis intellectu, addit: *bonis puta rationibus informato.* Cum autem dicit minores majorum conſilium infirmare non potuiſſe, ex not. h. reſtringendus. Et exemplum (quale vix ullum dari fruſtra vult Conring. *de Civit. Imp. Germ. th. 34.* in ceteris tamen ibidem eleganter conferendus) uſurpati hujus juris illuſtre videmus ap. Witichindum Corbej. *Annal. L. 2. p. 644.* ap. Meibom. *de quo infr. latius.* ubi ſane diſſenſus inter Status majores & minores idoneis rationibus inſtructos effecit, ut Otto M. Imperator controverſiam judicio commiſerit gladiatorio. cf. hic Celeb. Dn. Ludovici Halenſis pariter Suevus *in Commentariis Politicis Rerum Halenſium S. R. I. Libera urbis c. 3. §. 1. in fin.* Ceterum quia votum negativum tanquam conditio aliqua ſine qua non, negotia ipſa primario per modum cauſæ efficientis definienda neutiquam concernit. vid. laud. Böhmer *d. l.* hinc factum, ut communiter fere Principum ſaltem conſenſus vere deciſivi in rebus Imperii gerendis apud Scriptores occurrat mentio. Exempla ubivis obvia. Conr. *c. l.* Et quanquam *interdum* communi totius populi conſenſu hoc illudve decretum legatur, hoc tamen *modo Reipublicæ formæ convenienti, & ſalva votorum diſpari natura*, intelligendum venit *atque prærogativa.* vid. in ſimili Celeb. Schilter *de S. R. G. Imperii Comitum Prærogativa §. XXIX. XXX.* Ceterum ordines hi minores dicuntur etiam juniores, ſæpiuscule Proceres, communiter generatim populus vel multitudo, & ſeniores populi, comprehenduntque Nobiles ſtricte hodie ſic dictos. Eyben.

de

Digitized by Google

de titulo Nobilis. itemque Palatinos, Vicarios, Razeburgios, Schultetios, aliosque Judices inferiores, locorum defenſores, Rectores, Judices & Magiſtratus abſolute dictos; uti hoc Scriptores perluſtranti ad oculum patebit. Exempla apud laud. Rühlmannum congeſta videſis paſſim.

VII. Sed quid nunc, ut ad propoſitum deveniamus, de Civitatibus Imperialibus habendum. Anne Ordinum Majorum an minorum numero antiquioribus illis in Comitiis cēſendæ? unde qualis iis ſit Comitialis tribuenda poteſtas neceſſaria apparebit conſequentia. Primaria hic & præjudicialis naſcitur quæſtio de origine Civitatum Imperialium, earundemque ſublimi territorij jure? (a) quam pro dignitate ſatis ab aliis excuſſam & inſtituto noſtro ampliorem repetere nolumus, ut ut forte ulteriores, ob varia impr. Modernorum cōmenta, non plane reſpuat diſquiſitiones. Fundamenti nos & connexionis gratia certiſſima ſaltem ponamus præſuppoſita. (b) Præſupponimus 1. ante Carolum M. nullas fuiſſe in Germania Trans Rhenana Urbes, ſeu loca muris circumducta, bene tamen in cis Rhenana, ut Treviris, Argentoratum, Spira &c. 2 Caroli M. tempore prima urbium in Suevia & Bavaria nata fuiſſe fundamina; vicis ſaltem & villis cum quibuſdam caſtellis in Saxonia Weſtphalia &c. exiſtentibus; quæ ſi jura civitatum habebant, civitates dicebantur, nō autem urbes, quæ præciſe mœnia inferunt. 3. Henrici Aucupis tempore in Germania Magna potiſſima urbium partim incrementa in Suevia & Bavaria, partim fundamenta in Saxonia & Weſtphalia &c. cœpiſſe. 4. Libertatem non ſtatim cum origine ortam, ſed ab Imperatoribus, aut illorum juſſu conditas ipſorum imperio ut municipales ſubjectas fuiſſe. 5. Partim Epiſcopis poſt, partim Ducibus commiſſas, partim Comitibus & Miſſis Regiis vices Cæſarum repræſentantibus immediate paruiſſe. 6. Libertatem deinceps à Principibus & Epiſcopis diverſo tempore & jure impetraſſe, Imperio-

Digitized by Google

ſperioque iterum immediate fuiſſe ſubjectas multis jam munitas regalibus & Imperatorum perpetuis privilegiis. 7. Tempora libertatis ſtricte ſic dictæ acquiſitæ & ſuperioritatis territorialis, ſeu complexus illius omnium aut ſaltem potiſſimorum regalium, maxime majorum, probè eſſe ſecernenda, cum poſterior priori longe ſit recentior ſub interregni maxime temporibus eminens, licet ab ætate Henricorum & inpr. Friderici I. exordia & prima ſenſerit incrementa, ita tamen, ut multis demum regalibus præcipue majoribus acquiſitis ad majeſtatis æmulam creviſſe deprehenſæ fuerint poteſtatem, Ducibus, Principibus, Comitibusque *hactenus* fere pares. Hiſce ita præmiſſis ſponte ſua apparet, nullum ipſis Civitatibus tum ſuperfuiſſe locum inter Status Majores, ſed Comites (c) earundem Comitia tanquam Status & Magiſtratus Majores frequentabant, teſtibus vel mille Hiſtoricorum paſſibus, aut ſi Principibus fuerint ſubjectæ, vota eorum, & hoc etiam reſpectu, habita proportione Civitatum, auctique inde territorii, majoris conventibus in publicis fuiſſe ponderis credibile eſt. (d) Reſtat ergo ipſas civitates minorem Ordinem juxta cum nobilibus aliisque priſtinis in Comitiis conſtituiſſe.(e) Quid enim aliud quæſo denotant, Judices illi, ſeniores populi, Rectores, quam Civitatum minores Magiſtratus, de quibus toties cum militibus ſive militibus apud ſcriptores occurrit mentio. Et hactenus ego libentiſſime absque ullo tamen libertatis periculo Civitatibus æque regalibus ſeu Imperialibus, quam Municipalibus, non tamen veroſimiliter absque diverſo votorum pondere, in diætis illis veteranis locum fuiſſe concеſſerim. (f)

(a) Superioritatem territorialem Liberarum S. R. I. Civitatum poſt tot tantaque Legum publicarum & vivæ praxeos atque experientiæ teſtimonia hodienum dubiam reddere, impudentiſſimi non confutatione, ſed pœna digni conatus ſunt. Os omnibus obturat

Digitized by Google

Inſt. Pac. art. V. §. *30.* & *art. VIII.* §. *1.* juncto *art. V.* §. *29.* addatur dein *art. 8.* §. *4.* ubi & verbaliter neceſſaria conſequentia, & realiter, ne ullum dubium ſuperſit, ſuperioritas Civit. Imp. confirmatur territorialis. Sed tamen, inſtant, non ſpecifice vox ſuperioritas territorial. prædicatur ibidem de Civitatibus: Reſp. ſufficiat quod generatim de NB omnibus indiſtincte Statibus, ſub quibus ubique indubitate Civit. Imp. veniunt, prædicetur, & hinc etiam neceſſario & ſine ulla dubitationis ſpecie pariter de illis. Illud verum, quod quibus hodie territor. Civ. Imp. poteſtas nondum ſatis plana videtur, uti inſulſos ſe oſtendunt & ineptos, ita tunc, cum ſpecificè fuerit expreſſum, ſi forſan adhuc (quid enim tam abſurdum, quod non ſuum defenſorem inveniat. Anton. Gamma *in deciſ. 202. n. 5.*) dubitaſſent, inſulſiſſimos prorſus ſe oſtendiſſent, ac ineptiſſimos. Satis etiam pueriliter hodienum nonnulli tum libertatis cum ſuperioritatis territ. primordia non omnibus ſemper numeris & juſtitiæ regulis perfecta opponunt, quaſi ſc. eo res recidat, cum titulorum, ſi quæ interceſſerint, iniquitates variis modis fuerint purgatæ, & poſt confirmatæ. conf. Monz. *L. 5. c. 10. circa fin.* Et quid quæſo? melior ne cæterorum Statuum conditio? ita quidem volunt, qui Potentiorum Principum Majeſtatis æmula Imperia in ſua ſtatim perfectione & amplitudine à Conrado I. petunt, Tyrannos & Impios pronunciando Imperatores Optimos, unde illa Juris Publici verè paradoxa, quod in dubio ſemper contra Imperatorem pronunciandum & ſimilia; ſed ſplendida valeat fabula! Quis quæſo recentiorum crederet de Imperatorum tyrannide clamoribus, cum omnis amice conſpirans coæqualis Hiſtoria Ordines teſtetur Rebelles. conf. celeberr. Dn. Gundling *Diſſ. de Statu Reip. Germ. ſub Conrado I. p. impr. 46.* Alio non minus ineptiori modo Civit. Imp. libertati inſultus nuper impudenti calamo factos conſtat, novas inauditasque hodienum fingendo inter Civitates Imperiales & Liberas differentias, contra concordes LLgum fundamentalium ſanctiones parilem Civitatum Imperialium cum S. R. I. nexum inferentes, ſusque deque habitis accidentalibus olim, quæcunque jam fuerint, differentiis. Sed fulgura ex pelvi! ndignis interim ex abundanti ſuperiori anno in Helycone no-

Digitized by Google

ſtro repreſſa atque exploſa, quod antea etiam ex parte factum Diſſ. Jenenſi ſub Wildvogeliano præſidio habita *de Exercitio Juris circa ſacra Civit. Imp. Proteſtantium* §. *VII. IIX. IX. X.* in ſupplementum quaſi Diſp. Dn. Heilbrunneri, quæ eodem Viro Famigeratiſſimo Præſidente prodiit, *de Super. territ. Civit. Imperial.* Illud nos ex præpoſteris illis hypotheſibus ſilentio præterire non poſſumus, quod ex ſtylo curiali (nec eo tamen univerſali) quo Principibus tribuitur, die Landes-Hoheit/ Civitatibus autem die Landes-Herrlichkeit/ intrinſecam totalem differentiam quaſi ex ipſa Principum confeſſione eruere conetur, ad coloranda tam illuſtri teſtimonio temeraria in medium prolata aſſerta. Sed quis non videt, ſtylum illum curialem eminentias ſaltem concernere perſonales Principum, regali dignitate & partim potentatu, prout accuratiori voce quam Fürſtenerii ſuprematu ex ſchola id exprimit Lynckeriana & *integra diſputatione* Autor expoſuit Excellent. p. t. Reip. Patriæ Conſil. & ad Comitia Legatus Dn. Hartmannus *de potentatu,* quam *Jena olim habuit* ſub Illuſtri Lynckeriano præſidio *1690,* fulgentium, unde excellentiori prædicato poteſtas eorundem territorialis, quam civitatum inſigniatur. conf. hic Dn. Felz. *diſſ. de Jure Legislaterio territoriali Civit. Imp.* §. *12.* Quoad ipſam autem vim & jura principalia utraq; tam Principum, quam Civ. ſuperioritas adeo ſibi invicem eſt ſimilis, ut ovum ovo, & regalia, quæ in Civ. nonnullis Imp. alii exercent, non ex titulo procedit ſuperioritatis, ſed jure ſervitutis, ita, ut ex ſuper. territ. ſemper præſumtio in dubio militet pro Civitate Imp. æque ac cæteris Statibus. cf. interim Dn. Felz. *de Juris publici ſervitutibus*, & Dn. Hildebrand Prof. Altorf. *de Jure Regali in alieno territorio ſuperioritatem non inferente.* Imo multi etiam die Landes-Fürſtliche Obrigkeit hoc ſenſu de Civit. Imp. prædicari poſſe, exemplo regalium, quæ à Regibus denominationem acceperunt, inde tamen illis tribuere, nemo dubitat, intrepidè aſſerunt. vid. ex Limneo, Sixtino, Deciano, Knipſch. *de Civit. Imp. L. 2. c. 5. n. 24.* Oldenb. *Limn. Enucleat. L. 4. c. 1.* §. *17.* Lauterb. *de Jure Fiſci. c. 2.* §. *4.* verum lubenter Civitates titulorum abſtinent pompa, dummodo intacta, inque ſalvo ipſis maneant jura, ſacratos potius Imperii Principes omni titulorum & ſubmiſſio-

Digitized by Google

miſſionis reverentia comiter obſervantes, de qua phraſi quid importet vid. celeberr. Dn. Ludwig *Diſſ. de Auſp. Regum p. 51.* & laudata proxime Wildvog. *Diſp.* §. 9. add. Cellarius integra *Diſp. de phraſi, Majeſtatem alterius comiter colere*, & ſic reapſe dictum ſibi putant, daß ſie nicht allzuſehr Städtiſch ſeyn ſollen / nimium libertatis ad offenſam usq; ſine præjudicio evitandum avari, quod nonnullis quondam Civit. Conſiliariis imputatum legitur apud Oldenb. *d. l.* §. 16.

(b) Conferri interim in compendio perſpicuitatis ergo poſſunt Vitriar. *L. 1. t. 18.* Struv. *diſſ. 21.*

(c) De Comitibus multa dicenda, ſi nobis liceret eſſe prolixioribus. Fiat interim id remiſſive: Antiquiſſimorum Comitum ſeu Gravionum, i. e. Judicum Majorum origines & poteſtatem à tempore primæ Germaniæ ætate Taciti usque ad Carolingicos incluſive perſequitur Kirchmeyer *ad Tacit. à p. 202 — 221.* quoad poſteriora etiam tempora Conring. *de Ducib. & Comit.* Schilter, *de S. R. I. Comitum Prærogativa.* Cui à D. Bürgermeiſtero oppoſit. der Grav- und Ritter-Saal/ paucos ante menſes modo abſolut. Rühlm. ſæpius alleg. *tr.* von Reichs-Tägen/ Mylerus *in Archologia*, & nuper Illuſtris Thomaſius *diſſ. de Jurisdictionis & Magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanorum*, cujus tamen ſententia generalis de latiſſima Comitum ſeu Advocatorum Urbium poteſtate non ultra Henrici IV. aut V. tempora extendenda, tũ etenim jamjam propullulare cæpit Civit. libertas, atque jura avtocratias. Rhet. *de Stat. Rol. c. 4. n. 21.* nec nimium dubiæ ſpeculorum auctoritati tribuendum venit. Recentiori ætate qualis fuerit Advocatorum Urbium natura atque valor, conſ. Heiderum von Reichs-Vogteyen. Sufficiat nobis pro inſtituto indicaſſe, quod alii fuerint Comites ſeu Advocati Urbium, alii Comites ſeu Advocati Provinciarum, dati ad Jurisdictionem nomine Cæſaris an Käyſers-Statt exercendam & regalia Imperatorum manutenenda, Notabilis in *Chron. Slav. L. 4. c. 22.* eſt locus de exercitio hujus poteſtatis in tumultu aliquo Bremenſi occaſione reſtituti tum Archiepiſcopi, ibi Advocatus Urbis cum aliis ad Canonicos dixiſſe legitur: *Vos contra Imperatorem ſentitis, vos civitatem tradere vultis, ideo vos in civitate non patiemur.* Sed Comitum ſeu Advocatorum Urbium poteſtas per incrementa civitatum decrevit, cum

ſenſim

Digitized by Google

ſenſim illæ acquiſiverint regalia primum minora, poſt majora, quæ ſarta tectaque Imperatoribus ſervanda incumbebant Comitibus illis; Provinciales autem Comites ſive Magiſtratus & Advocati partim Principibus ſubjiciebantur, cum antea eorundem dicerentur fratres, & ut Epiſcopi ab Archiepiſcopis ab illis differrent, conf. Rühlmann *d. tr.* partim exemplo eorundem longè præcedaneo regimen ſimiliter nacti hæreditarium, mox ſuperioritatis territorialis jecerunt fundamina, accedentibus perpetuis incrementis, donec ad modernum aſſurrexerint Majeſtatis analogæ gradum. cf. integra *Diſſ. de Superior. territ. Comitum Imperii habita Argent. anno 1710.* ſub Præſidio Dn. Joh. Henr. Bœcleri, ut hinc Ordines Fœderati Belgii noviſſimè anno 1710. Excelſisſimis Imperii Comitibus ſupremum inde fluens jus legationis *citra rationem* vocarint in dubium, licet melius mox, quam antea ex ſchola novaturientium, à Generoſiſſimo Legato L. Barone ab Edelsheim mira promtitudine edocti, ceſſerint. vid. Autor *Spicilegii Obſerv. ad Capit. Auguſt. Imp. Caroli VI. p. 284. ſq.* unde videre eſt, quales fructus temeraria Scriptorum Juris publici asſerta apud exteros & generatim Reipubl. noſtræ ſtatus non ſatis peritos ferre ſoleant, eo majori hinc ſtudio in prima, ut ajunt, herba ſuffocanda, & ulterioribus obex ponendus eſt auſibus. De cætero Comites illi urbium tamdiu Comitia tanquam Status Majores frequentabant, civitatibus in numero minorum conſtitutis, quamdiu his juribus major erat eorundem poteſtas, nec Urbes potiora Regalia Cæſarum hactenus reſervata ſibimet ipſis arrogarint. faciunt huc quæ, paucis licet, habet Conring. *de Urbib. Germ. p. 127. in fin.* quando autem illud contigerit, ſequentia docebunt.

(d) Conferri hic meretur Dn. Ludwig *in Programmate* vom Streit über neue Stimmen auff dem Reichs-Tag *an. 1709. edito* (cujus quidem facta nobis copia non eſt, aliunde tamen de ipſius mente conſtat) ubi ex antiquitate docuit vota olim in Comitiis non numerata, ſed ponderata fuiſſe. Ita ut non *major* pars, ſed *firmior ratione potentiæ & auctoritatis* rem confecerit. conf. idem *Diſſert. de Jure Suffragii Regis Bohemiæ c. 11. §. 9. num. 4.* & *in Germ. Princ. p. 97. 98. & 319.* Scilicet votum præpotentis cujusdam Principis tantundem valebat, quantum proportionabiliter multorum

Digitized by Google

Principum potentia inferiorum vel auctoritate. Hinc aucto novo aliquo Principatu territorio, neceſſe non erat augeri vota, cum re ipſa augerentur majori dato pondere; uti exemplo Bojoariæ comprobat laudatus Dn. Ludw. *in tr. de jure adlegandi Ordin. Imp. L. IV. §. XVI.* factum inde, ut non facile couclusum Comitiale perficeretur, ſi præpotentior aliquis non comparuerit Status. Ludw. *cit. diſſ. de ſuffr. Boh. d. l.* Sed quot quæſo difficultates ſecum tulit hæc vota ponderandi ratio, quam neſcio an non *tacitam* numerationem vel multiplicationem dixerim, & quas infinitas contentionis dedit anſas, an hujus illiusve ſuffragio bes, vel ſemis, triens, vel uncia aut ſemiuncia, & ſi Diis placet, unciarum minutiæ, plus minusve tribuenda ſint. In ſalutem ergo Germaniæ ſolennis votorum numeratio expreſſa paulatim invaluit. De cujus originis cauſa ſic mihi per conjecturas veroſimiles in re obſcura videtur. Nimirum cum cottidie creſceret Principum numerus, male eos dubio procul habuit, majoritatem etiam maximam non attendi votorum, & quamplurimos Principes unius alteriusque Potentioris verbo, paucorum ſuperari ſuffragiis, inæquali & diſproportionata ſæpiuscule adhibito ponderationis modo. Numerationem ergo votorum urſiſſe veroſimile eſt, quæ tandem etiam obtinuit; ſed fieri nunc aliter non potuit, quam ut ſublato priſtino computandi ſuffragia modo, ſubſtituta ſimplici votorum numeratione plurium provinciarum Principes vota ſua multiplicarent, & optimo jure defectum ponderis ſeu implicitæ multiplicationis, augendo vota, prout olim, cum ſingulas provincias ſinguli tenerent Duces, competebant, compenſarent. Nec ulla ipſis ratione præſcriptio horum votorum tum opponi potuerat, cum in effectu & re ipſa i. e. tacita numeratione pondere quaſi poſſidentes exercuerant, mutata vero votandi natura ut ipſi mutarent votandi priſtinum exercitium neceſſitas primum poſtulavit, hinc loco tacitæ multiplicationis expreſſam affectarunt, ne jure ſuo privarentur, quos non inique removeres aſſerto illo: olim in Comitiis ſecundum numerum perſonarum, non territoriorum ſuffragia tuliſſe Status. Et ab hoc demum tempore quo ſc. numerari non amplius ponderari vota cœperunt, de quo vid. Ludwell.

Digitized by Google

wig. d. Program. initium præſcriptionis, ſiquidem hoc loco datur, multi enim negant, plurium competentium votorum deducendum venit. Quod cum nunc dubium ſit, quot vota olim & quot diverſæ numeratæ fuerint provinciæ, Principatus vel Comitatus, hinc ſumma cum animorum contentione hodienum adhuc ſub Judice lis eſt de multiplicandis votis quæ olim competiiſſe volunt ancipiti probatione, teſtantibus id *actis Comitialibus* paſſim & *privatorum variis in eadem materia ſcriptis* Hornii, Zwanzigii & Anonymi Patriotæ. Videtur porro noviter inducta hæc vota numerandi ratio originem etiam & cauſam dediſſe tribus illis Comitiorum Collegiis, ſeu ſeparationi Electorum à Principali curia, cui antea fuerant juncti, ſeparatis ſaltem Civitatibus. Potentiſſimi enim Septem Viri cum novitiis hiſce ſuperinductis aut mox ſuperinducendis moribus vota ſua hactenus & territoriorum ampliſſimorum & Archi-Officiorum ſplendidiſſimorum Eminentia, enormiter imminui viderent, & ſi multiplicando juſtum valorem retinere vellent, id forte nimium in modum multiplici & deſperata plane cum contentionis ſerra futurum iri perſpexerint, maluerunt ſeſe à ceteris prorſus ſeparare, peculiare conſtituentes Collegium, ut ſic, præterquam quod ſpeciali curia Prærogativis ſuis magis proſpexerint, priſtinum revera votorum ſuorum eminens retinerent pondus, dum nunc 7. vel hodie 9. illorum ſuffragia tantundem valent, ac ceterorum Principum univerſa. Similiter fundamenta ſuffragiorum Virilium & Curiatorum, quæ ferunt Prælati, Comites atque Barones, commodiſſime inde repeti poſſent, ſed nimium jam excurrit notula. conferri interea poteſt Dn. Felz. ſeu potius Autor. Reſpond. Dn. Reiſſeiſen *Diſſ. de Suffragiis Statuum in Comitiis Imperii Univerſalibus th. 18. 19.* ubi *Diſſertatio* Linckiana Illuſtris Cocceji peculiaria *hactenus* principia fovens *ibid. Argent. ſc. anno 1709. habita de fundamento voti Comitialis*, cujus ſupra fecimus mentionem, refutatur, quod quidem antea integra diſp. etiam nobis jam allegata, Dn. Bœcleri *de ſuperioritate territoriali Com. Imp.* operoſe ſuſceptum.

(e) Hoc verum, quod Civitates ſeu Judices illi Civitatum non *ſoli & tantum* minores Status confecerint, quorum quippe numero ad huc

Digitized by Google

huc comprehendebantur nobiles & alii forſan adhuc pagorum inferiores Judices ſive populi ſeniores; & hoc ſenſu admitto, quod Illuſtr. L. B. de Lyncker *in Anal. ad Magnif. Dn. Præſid. Introd. J. P. p. gen. c. IV.* §. 7. obſervat, minus recte in diæta Osnabrugenſi Civit. Imp. cum his minoribus comparari voluiſſe; ſed nec ipſæmet hoc intendebant, & parum etiam illis eſt conſultum, ut jura ſua eximia Comitiorum moderna à nimis remoto petant tempore, de quo *in* §. *ſq.*

(f) Scil. generatim legitur apud Scriptores convocatus populus, ſeniores populi, & absque diſtinctione Judices & multitudo, non tamen absque prærogativarum diſtinctione, uti credibile eſt pro diverſa eorundem dignitate. Deficit ComitialisHiſtoria, quæ vix Majorum, nedum minorum Statuum jura Comitialia antiquiora condigne referat. Sed ſtupidiſſimus ſit oportet, aut protervæ malitiæ æque ac nugator ille, qui Halam Venedorum Civitatem Immediatam dixit ex eo, quod olim Comitiis interfuerit, qui à priſtino illo Comitiorum ſtatu maximas poſt alterationes paſſo, & ut in ſeq. evincam, Civitatibus Imperialibus in Statuum Majorum cenſum evectis, argumento à baculo ad angulum, ad moderna Comitia filum conſecutionis ducere non erubuerit. Recentioribus à Rudolpho I. maxime curiis Regiis Civitates mediatas Immediatis fuiſſe admixtas, idoneo doceant argumento inſulſi hac parte Adverſarii? ſed ad Calendas Græcas? Ex NB. *nuda* etenim ad Comitia vocatione jus voti & ſeſſionis Civit. Imp. tribuere ineptiſſimum plane; quot enim quæſo & quibus variis de cauſis *non ſtatus* vocati ſunt, vocanturque ad Comitia, Exempla Papenheimii Vice Marechalli, B. Lutheri, Aſſeſſorum Cameralium, imo exterorum ſæpius Regum & Principum, conglomerare juncto Ddum agmine piget, cum toties jamjam fuerint inculcata. Et quid? quanto ſemper conamine Status laborarunt immediati, ut mediati ſui cives in confuſa Imperii quondam, nec hodienum abſoluta, matricula, vid. Maurit. *de Matric. Imp.* (quam non minus facete quam vere alluſione Syllabica quispiam nominavit. *Materiam Tricarum, Curarum, Laborum,* vid. Dn. Felz. *diſp. de Statu Nobil. Immed, diſſ. 2. p. 50.*) tanquam Status erronee comprehenſi expun-

Digitized by Google

pungerentur, nullum ad Imperii diætas aditum iis concedentes. Tandem eſto, (quod autem oppido quam fabuloſum,) nonnullas mediatas Civitates Immediatis in recentioribus etiam Comitiis fuiſſe intermixtas citra controverſiam, & hodienum hujusmodi obtinere *συδυςοξηλον*, eſto inquam? quis autem ab exorbitanti aliqua exceptione, quæ firmat regulam in caſu non excepto, & à rarioribus, ſepoſitis communioribus, ullam formaret præſumptionem? certe nemo, niſi qui cerebrum gerit in calcaneo. Sed pudet nos abſurdis invidorum diutius inhærere aſſertis.

VIII. Cum ergo apud Scriptores remotioris nimium ævi nulla occurrant Civitatum Imperialium jura Comitialia, quæ eximiis modernis fundamentū præbere valeant, conſultius nos facturos ſpero, ſi non longe ultra, aut ſaltem Interregni tempora in illis adſtruendis aſcenſum fecerimus, cum parum auctoritas Ordinum Minorum Comitialis, quibus olim adſcriptæ, conducat. (a) Hinc reſpuo ſententias, quæ Civitates Imper. Comitiorum participes vel ab Henrico I. Aucupe, (b) vel Ottone M, (c) aut *nimis confidenter & generatim* ab Henricorum & Friderici I. (d) ætate repetunt, Noſtra, ut in compendium redigamus, hæc animo firmiter ſedet de origine *voti deciſivi*, quod in S.R.I. Diætis tenent Civitates, mens atque ſententia. *Præparatoria* (non uſus) ab Henrici IV. ætate petenda, dum ad libertatem & ſuperioritatis paullatim adſpirarent territorialis primordia; verum uti id lentis greſſibus factum, ita demum Friderici I. temporibus (e) prima ejusdem occurrunt veſtigia, ſed particularia valde, & poſtmodum etiam rara, uti quidem omnia rerum initia ſolent eſſe comparata. Durante autem turbulento Interregni ſtatu, augebantur libertas & Jura Civitatum territorialia, ita, ut Comites urbium regalibus potioribus amiſſis, quibus dubio procul ſolenniter erant inveſtiti, quorumque intuitu Co-

mitiis tanquam Status Majores, Regni officia ſeu Regalia & Juriſdictionem nomine Cæſaris exercentes, interfuerint, ipſæmet Civitates eorundem ſubirent locum ex minori exigui momenti Ordine in Majorem claſſem evectæ, idque jure optimo maximo, cum parilia fere cum Principibus acquiſierint regalia, & ſic ſeſe ad ſublimem Ordinum Majorum Statum qualificaverint. (f) (craſſa Minerva ſcribo, ut clarus ſim) Quæ autem Epiſcoporum, (quorum mitiſſimo olim ſubfuiſſe regimini plena credebatur libertas (g) ſed mutati mox ab illis.) vel Ducum ſeſe ſubduxerant poteſtati, hoc ipſo, quod Juriſdictionem & Regalia immediate nomine Cæſaris adminiſtrabant, (quod Stylo Coccejano officium audit Regni) ſumma dignitate ſtatus pariter ſunt condecoratæ. (h) Et ſic ergo ad Conventus Imperii ſpeciales ſeu Majorum Ordinum, quos ſolitarii antea conſtituebant Principes, Comites atque Barones, cum eodem proportionabiliter votorum pondere Liberæ S.R.I. Civitates reali maximam partem jam tum Principis poteſtate fulgentes ſunt admiſſæ, (i) ſalvis ceteroquin Principum prærogativis, quos tanquam ſuperiora perſonaliſſimo Majeſtatis analogæ ſplendore Eminentia Imperii Membra ſubmiſſo, ſalva ſaltem libertate, indeſinenter venerari reſpectu ſancte ſibi dictum putavit, & adhuc putat, putabitque Civitatenſe Collegium. Minores autem cum ſuo voto negativo Ordines de die in diem magis magisque negligebantur, inde factum, ut cum nullum ſui in Comitiis rationem haberi viderent, ſponte ſe tandem penitus excludi paterentur. (k)

(a) inſpiciatur in ſimili B. Dn. Kulpis. *Diſſ. de placitis Ordinum Imperii §. IX.*

(b) Inde fruſtra repetit Hagem. *de Comit. c. VI. admodum veroſimile eſt*, inquiens, *quod Civitates beneficio Henrici Aucupis jus ſuffragii primitus obtinuerint*. conſentit fere Arumæus *de Com. c. 7 §. 145*

Digitized by Google

§. 145. Sed uti nullas aſſerti addunt rationes, ita etiam Hiſtoriarum id refragatur monumentis. Illa enim Henricum Aucupem plerarumque Civit. in Germania Magna Conditorem quidem, ſed nuſpiam libertatis, quam longe poſt obtinuere, referunt Autorem. Hinc etiam ex profeſſo hanc ſententiam profligavit Celeb. Dn. Wagenſeil. *Diſp. de Comit. Univers. S. R. G. J.* §. *L.* ubi quid forſan huic errori anſam dederit per conjecturas inquirit, ſc. impoſuiſſe credit Clariſſimo Hagemajero locum Comitiorum, qui plerumque erant urbes ad majora capeſſenda incrementa, (de quibus generatim conf. Dn. Jacob. Brunnem. *de Increment. Urbium Germanicarum*) ut ipſas Civitates Comitiorum putarit factas participes. Minorum interea ordinum multitudini Civitatum pariter Judices, populique ſeniores fuiſſe admixtos, ex ſupra dictis repete, at neutiquam quaſi liberas Civitates, verum tanquam Judices populique proceres inferiores, quæ huc non ſpectant.

(c) Huc aſcendit Autor deß *diſcurs* von Reichs-Vogt. *p. 106.* quod approbat Autor *Apologi*, Daniel Heider *p. 32. & 150.* ex illis Knipſchildius, idque autoritate Witteckindi *L. 2.* & Sigeb. Gemblac. *in Chron. Otton. I. ſub ao. 942.* ſed neuter evolvit ipſos Scriptores Hottomannum in quæſtionibns illuſtribus *L. I. q. 3.* fideliter ſecuti, in ceteris interim Viri laude digniſſimi & ſtrenui æque ac Eruditi Libertatis Civit. Imp. Vindices. Qui tamen Hottom. non ipſa, uti quidem videtur, d. Autorum verba habet, verum mentem ſaltem & ſententiam quæſtioni, quam ibidem ventilabat, convenientem. Is Principes inter & Civitatum Legatos, cum in controverſia de ſucceſſione Patrui & nepotis conveniri non poſſet, gladiatorio judicio rem commiſiſſe memorat Ottonem M. Inde nunc plenum Civit. Imp. ſuffragium deciſivum vindicant d. Autores, contra quos alterum Oldenb. *in Limn. Enucleato L. IV. c. 1.* fruſtra hactenus dubia movet, quod vix conveniat Chronologia; ſpalma enim typographicum loco priori *p. 106.* omiſſo ſc. numero C. irrepſiſſe facile apparuiſſet, ſi modo Hottomannum, quo ſe refert, inſpexiſſet, ubi Chronologia accurata, quam alterum pariter allegatum Sig. Gembl. genuinam ſervat, & in Apologia etiam *p. 32. & 150.* juſta occurrit. Sed res ipſa omni plane fundamento deſtituitur. Producamus

Digitized by Google

camus in medium ipſa verba Wittechindi, quæ etiam refert B Dietrich. *in Ottone M.* §. *XIV. in not.* & Sigeberti Gemblacenſis. Ita autem Wittechindus *L. 2. p. 644. ap. Meib.* *De Legum quoque varietate facta eſt contentio,* (ſc. in illa congregatione Principum, de qua *d. l.*) *fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditatemque legitime cum filiis ſortiri, ſi forte Patres eorum obiiſſent Avis ſuperſtitibus. Unde exiit Edictum a Rege ut* NB. *univerſalis populi conventio fieret apud Villam, quæ dicitur Stela, factumque eſt, ut cauſa inter arbitros judicaretur debere examinari. Rex autem meliori conſilio uſus noluit Viros Nobiles* (i. e. Status Majores) ac NB. *ſenes populi* (i. e. Status Minores) *inhoneſte tractari, ſed magis rem inter gladiatores diſcerni juſſit. Vicit ergo pars, quæ filios filiorum computabant inter filios, &c. firmatum eſt, ut æqualiter cum patruis hereditatem dividerent pacto ſempiterno.* Hæc Witt. Addamus jam verba Sigeb. Gembl. *ad ann. 942.* ibi: *Orta diſſenſione inter Principes de varietate legis, utrum deberent Avis ſuperſtitibus filii filiorum poſt parentes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus, deberet hereditas ad patruos redire; Ex Regis Ottonis cum Principum ſententia cognitio veritatis commiſſa eſt gladiatorio judicio, ceſſitque victoria his, qui cenſebant, fratrum filios debere cum patribus* (lege patruis) *hereditare.* Videmus hic Sigeb. Gembl. ne γρυ quidem referre, quod nobis conducat, imo ſi verba Wittech. inſpiciantur prout habet Hottom. & Heiderus, d. Scriptores plane invicem contrariari videntur. Sigibertus enim teſtatur de *nudo* diſſenſu inter *ſolos* Principes; Ex Wittechindo autem Hottomannus generaliter cum aſſeclis Principes & Civitates diſſenſiſſe docet. Sed illi ipſi invicem collati amice conſpirant. Videlicet Sigeb. Gembl. rem ſtrictim ſaltem & per compendium, uti totum teſtatur chronicon, recenſet, hinc de ipſius controverſiæ modo definitione ſollicitus antecedaneas deliberationes plenari non tetigit, ſed primos ſaltem Principum conventus & diſſenſus; Witteckindus autem pinguiori calamo uſus rem accuratius explicat, qua ratione multi conciliantur in ſpeciem contrarii Scriptorum paſſus, & ſic Dn. Imman. Weber Prof. Gieſſ. Celebr.

Diſſ.

Digitized by Google

Diſſ. de turbat. S. R. I. circulis §. 6. laudatiſſimum Hiſtoriographum Thuanum à ſat craſſo errore tanto Viro indigno, prout communiter ideo vapulat, vindicat vel ſaltem excuſat. Wittechindus ergo nonſolum præcedaneos Principum conventus (de quibus vid. Rühlm. *ſep. all. tr.* von Reichs-Tägen paſſim) verum etiam poſtmodum generaliſſimam inſtitutam tum Majorum cum Minorum Ordinum Curiam, & in utrisque meminit diſcordes ſententias, quæ Cæſarem movebant, ut rem dubiam & in utramque partem diſputatam more tum ſolito Judicio commiſerit gladiatorio, offenſam ſic & diſſentientium Principum & populi ſeniorum declinaturus. Ubi quæſo nunc ulla ſit mentio Legatorum Civitatenſium? ita ſuaviter ſibi finxit Hottomannus, ſenes populi ſimiles modernis Civitatum Legatis interpretatus. Sed quinam illi fuerint ex ſuperioribus, ut opinor, conſtabit, Ordines np. minores, quibus tamen dubio procul Judices inferiores Civitatum fuerunt admixti, non tamen ſolenni legatorum, nullis tunc adhuc liberis Civitatibus, munere fungentes, ſed in turba cum ceteris comparentes, non vi aliqua poteſtativa ſuffragii, ſed voti ſaltem negativi & comprobationis ergo, cujus palmarium exercitium in reprobando ſc. *ex cauſis ſonticis* conſilio majorum hoc ipſe videmus, & quantum nobis ex Autoribus conſtat, unico fere exemplo. conf. ſuperius dicta ad §. *VI.* In vanum hinc laborant, qui votum inde deciſivum Statibus Minoribus vel Civitatibus, ut noſtri h. l. eruere ſtudent. Cæterum Autor *diſc.* von Reichs Vogt. *ibid. p. ſeq. 107.* rectius rejeciſſet plane temperamentum Bernh. Bertrami *de Comitiis*, inter vota Principum & Civitatum moderna, accuratiori ſubſtrato, quam ut cum limitatione in ſe quidem veriſſima, verum ſat apertæ Bertrami ſententiæ Civitatibus & juſtitiæ è diametro contraria, dum nudam ſaltem relinquit obſequendi gloriam, admiſerit. de quo infra. vid. int. Oldenb. *in Limn. Enucl. l. IV. c. I.* §. *14. p. 5.* Certum interim manet, quod fallantur, qui in aſſerendo Civit. Imp. voto deciſivo, Ottonis M. petunt tempora. Nec ſane meliora credo allaturum argumenta Illuſtrem Autorem, aurei alias operis (de quo vid. Dn. Hornius *in Jur. publ. Rom. Germ. in præfat.*) deß *Europa*iſchen Herolds *p. 1. p.m.* 179.

Google

179. ubi ſub Imperio Ottonum veſtigia Civitatum Imperialium facili reperiri poſſe induſtria monet.

(d) Non ſimpliciter nos improbamus hanc ſententiam, ſed id ſaltem notanter aſſerimus, quod nimis confidenter & NB. *generaliter* Jura Civ. Imp. Comitialia moderna à prioribus plane diverſa inde repetant multi. Lehmannus certe in *Chron. Spir. L. 2. c. 37. L. 4. c. 3. L. 5. c. 17. & L. 7. c. 18.* itemque Autor *Apologi* vom Reichs-Vogt. *p. 150, 32.* Beſold. *de Civ. Germ. p. 1. c. 8. §. 4.* hosque ſecuti quamplurimi, noviſſime etiam Celeberr. Schilterus *Inſt. Jur. Publ. L. 1. t. 23. §. 3.* re quaſi evicta hoc intrepidè ſtatuunt; Quid ergo? qualis tum Civit. Imp. in Comitiis ratio? Creviſſe certe hactenus ab Henrici IV. ætate monuimus, factum ergo eſt, ut tandem incrementa ad tantos aſcenderint ex improviſo gradus, ut paullatim Civitates una poſt alteram Ordinum Majorum cœperint adſcribi numero, hinc videmus ſub Friderico I. primam Civitatum in Comitiis factam mentionem, & in negotiis Imperii NB *decidendis* iis datum fuiſſe aliquid ponderis, formando Civitatenſis Collegii primordia, cum antea ſub populo generatim comprehenderentur cum exigua poteſtate, pueritiam adhuc agente libertate Civitatum, nolim ergò cum Lehm. *L. 5. c. 17.* hodienum nimium contendere, quod Civitates ſub populo olim fuerint comprehenſæ, parum enim hoc illis prodeſt, ſed potius docendum, quod ex ordine populi ſeu minorum potioribus acquiſitis regalibus in Majorum Ord. fuerint evectæ. Illæ autem cum diverſis temporibus libertatem & nobiliora inpr. regalia fuerint nactæ, & pauciſſimæ admodum ætate Friderici I. in Germania extiterint Principibus maximam ſaltem partem poteſtate æquales, dann die Mächtigere ihren Zweck ehender als die Geringere erlanget / uti cum B. Rhenano *L. 2.* quem vid. ap. Heider. von Reichs-Vogt. *p. 35.* loquitur Dn. Autor deß Europ. Herolds *p. 1. p. 179.* ita loca, quò provocant, Scriptorum ſub Frider. I. Civitates primum ſpeciali nomine Comitiorum participes docentium, Urbes potiſſimum concernunt *Italicas*, longe citius atque maturius ob abſentiam forte Imperatorum remotiorem, quam Civitates Germaniæ, jura libertatis & avtocratiæ conſecutas, quemadmodum etiam ipſe Radevicus *L. 2. c. 3. ap. Urſtis.*

p. 507.

Digitized by Google

p. 507. ubi de Comitiis apud Roncalias agit, expreſſiſſimis illud teſtatur verbis: His omnibus (recenſuerat np. Principes Eccleſiaſticos) cum frequentia Laicorum, Principum, Ducum & NB *Univerſarum* in Italia *Civitatum* Conſulibus atque Judicibus; quibus verbis tacite explicat, & *maximam partem* reſtringit priora, dum generaliter *ibid. cap. 1.* inquit: *Confluunt ex omnis Regni partibus cum magna frequentia Archiepiſcopi, Epiſcopi, multique alii Eccleſiaſtici Viri, Duces, Marchiones, Comites & Proceres, Conſules & civitatum Judices.* Et ſic etiam intelligendum venit juramentum Frider. I. quo pariter toties provocant Lehmannus, Heiderus cum Beſoldo aliisque. cf. Wagenſeil *cit. diſp. §. 21.* Conring. *de Civ. Imp. th. 54.* & *de Comit. Imp. th. 52.* ubi tamen juxta cum Wagenſ. *d. l.* ad mentem noſtram nobiliſſimis nonnullis, licet perpaucis Germaniæ Civitatibus locum in Comitiis datum, auctoritate Radevici, dubio procul ob generalitatem ſermonis & alia propullulantis jam tum quarundam urbium Germaniæ, in quas tamen nunc ſpecialius inquirere non vacat, poteſtatis argumenta concedunt. Jungenda monent ex *Guntheri* Ligurino, (quem perperam multi vocant, *Guntherum Ligurinum,* æque ac ſi diceres Virgilium Æneam pro Virgilii Æneam) teſtimonia metrica, quæ Radevicum ſecutus *L. 8.* cantavit. Recenſet ille primum Ligures, i. e. Italos, qui Comitiis apud Roncalias interfuerunt, poſt addit:

Hac & ſi qua pari fuerant obnoxia juri
Prælati, Comites, miſſisque potentibus urbes.

verſiculos integros vid. ap. Arum. *de Comit. c. 7. n. 145.* Alios ſimiles ex eodem Gunthero refert Beſold. *de Jure Civit. Germ. p. 1. c. 8. n. 4.* ibi:

Weſtphaliæque Urbes & Norica jura regentes
Allobrogumque Duces coeunt.

item;

Quæque ſuos Urbes huc direxere potentes.
Claraque Teutonici coierunt nomina Regni.

conſ. Knipſch. *L. 2. c. 2. n. 76. 77.* Interea, ut ut Civitates Italiæ citius, quam Germaniæ, meliori fuerint conditione uſæ, & poſt à Rudolpho I. omnis planè libertas, cum difficile & deſperatum

eſſet

eſſet in Italos Imperium, teſte Anteceſſorum Hiſtoria dato pretio vendita credatur, quod tamen Conring. *de fin. Imp. c. 20. & 23.* add. Dn. Struv. *Diſſ. 2. th. 7.* Textor. *Jur. Publ. Cæſar. tit. 3. n. 22. ſeqq.* ad dominium utile allatis documentis reſtringit; ut ut inquam hæc ita ſe habent, nihilo tamen ſecius haut inferiori honoris gradu cenſendæ veniunt Germaniæ liberæ Urbes, licet enim hodienum majori nexu & vinculo Romano adſtrictæ ſint Imperio, attamen omnium Auguſtiſſimo huic ſubeſſe regno cum participatione inpr. ſummi regiminis plena quaſi libertas eſt. cf. Heiderus von Reichs-Vogt. *p. 133.* Autor *Comitiol. p. 4. num. 171. ſeq.*

(e) Sc. quoad potentiores quaſdam Imperii Civit. Nobiliſſimas, de quo vid. not. præcedanea. Quanquam poſt Frid. I. nulla iterum apud Script. Civitatum in Comitiis fiat mentio, quod dubio procul ob numeri paucitatem neglectum, usque ad Interregni tempora. Quæ enim de Ambaſciatoribus Civitatum in Comitiis *Parmæ* habitis ſub Frid. II. refert Schilt. *L. 1. t. 23. §. 131.* ad civitates Ital. ſpectat.

(f) Conferri hic omnino meretur Illuſtris Dn. Thomaſ. *Diſſ. de Statuum Imperii poteſtate legislatoria contra jus commune §. inpr. 12.* Dn. Rhetius *in Inſt. Jur. Publ. L. 1. t. 18. §. inpr. 7.* add. Conring. *de Urb. Germ. §. 119—128. ibi §. 127.* ait: *In Comitiis Regni ad ſuffragia ferenda rari tunc admiſſi oppidani, ſed plerumque Oppidorum Comites, poſt etiam hoc jus haut paucis ceſſit.* Nimirum excellentiora poſtquam regalia, quæ nomine Cæſaris primum juxta cum directione banni criminalis, & præſidio quandoque in civilibus ſarta tectaque cuſtodienda incumbebant Comitibus, ipſæmet acquiſierint Civitates, hoc ipſo Comites illi urbium ex Ordine Statuum majorum ceciderunt, Civitatibus in eorundem locum evectis, quem aucta indies poteſtate hodienum tenent. Nec obſtat, quod hodie tamen dicantur die Niedere Stände; diverſo enim prorſus hoc fit reſpectu, quatenus nempe ultimum occupant inter Status Majores gradum, & cum hodie Minores Ordines in priſtino ſignificatu penitus evanuerint, hoc ipſo cadit dubium; quamvis ab initio hæc ipſa appellatio non parum viſa fuerit ſuſpecta, ne ſcil. inde excellentia ſeu prærogativa eſſentialis votorum inter Imperii

Digitized by Google

rii Status eliceretur; ſed cum reponeretur dicta prædicata nude concernere eminentiorem dignitatem, perſonalesque Statuum prærogativas lubentiſſime admittentes, ipſo hactenu frequentato exercitio comprobarunt. Nec ergo res amplius ulla verſatur ſub contradictione, vid. Magnif. Dn. Præſes *P. Sp. S. 2. c. 1. §. 13.* add. Londorp. Act. Publ. *Tom. VII. lib. 6. c. 469. & lib. 7. c. 80.* Inſtrum. Pac. Weſtph. *art. 5. §. 29.* Poſt tempora autem interregni ſuperfuerant diu adhuc quidem Comites ſeu Præfecti Urbium; ſed poteſtas earundem plane fuerat immutata, & in nuda ferme banni criminalis directione, da ſie den Stab geführt/ aliisque *interdum* extra ordinem conſiſtebat juribus, unde ab uno ad alterum non ſtatim valet conſequentia, de quibus conſulendus Autor von Reichs-Vogt. & ex eo aliisque Knipſch. noviſſime Excellentiſſ. Dn. Datt, *in volum. Rer. Germ.* paſſim. Nullos hinc amplius intuitu Præfecturæ ſeu Advocatiæ Civitatis publicis Imperii interfuiſſe diætis conſtat; & quamvis Advocatus Auguſtanus Matriculæ Imperii de anno 1471. legatur inſertus, hoc tamen parum ad rem facit: Quis enim non novit nullius eſſe fidei obſoletas illas infinitis erroribus ſcatentes matriculas. de quo vid. Mauritii ſupra allegata *Diſſ. de Imp. Matric.* hinc etiam in ſeq. & præcipue 1521. quæ hodie non quidem plenam Status probationem, ſed tamen validiſſimam gignit præſumtionem, nuſpiam reperitur. cf. Heiderus ſæpe alleg. *tr.* von Reichs-Vogt. *p. 557.* Et ſi, poſito, daretur exemplum, illud certe non amplius ex ipſa præfectura nullam inducente territorii ſuperioritatem, ſed immediate ex benevola Cæſaris Statuumque reſultaret beneficio. Hinc etiam hodienum nonnullis licet in Imperii Civitatibus Præfecturas gerant Principes vicini, exemplo *Northuſæ,* in qua ex jure præfecturæ & officio Sculteti Jurisdictionem exercet Rex Boruſſiæ, vid. Europ. Staats-Cantzley *Part. 4. cap. 8. pag. 449.* & Scriptum quod prodiit ſub nomine: Offenes *Inſtrument* über das jenige/ ſo zwiſchen Königl. Preuſſiſchen *Commiſſion* und dem *Magiſtrat* der Freyen Kayſerl. Reichs-Stadt Northauſen wegen *Reluition* der Reichs-Vogtey und Reichs-Schultheiſſen-Ampt daſelbſt vorgangen. itemque Wezlariæ, ubi Landgravius Haſſiæ Præfecturam tenet Imperii, quæ inveſtituris Cæſareis confertur, conf.

Knipſch. *l. 3. c. 57.* Heider. *p. 69.* (collige inde Comites olim Urbium, cum adhuc regalia vice Cæſarum tenerent, multo magis deſuper fuiſſe inveſtitos,) attamen nulla idcirco, prout eſt in propatulo, vota ferunt, nec per ſomnium petunt in Comitiis. Et quid de nobiliſſima illa decem Civitatum Alſatiæ Unitarum Præfectura dixerim? nullam illius certe intuitu Glorioſiſſimi Archi-Duces Auſtriæ Superioritatem, votum & ſeſſionem affectarunt in Comitiis, ſed libertatem & territorii jura, uti jure, ita & ipſo facto ſancte ſervarunt inviolata. Utinam Auguſta Domus Auſtriaca æternos dediſſet Præfectos, non jam in ſervitutem redactæ ingemiſcerent! fatorum etenim injuria laudatæ Provincialis Præfecturæ ſive Landvogteiæ Regi Galliarum per pacem Monaſterienſem facta ceſſione heu! quam violentas mox expertæ ſunt mutationes in Reunionis Alſaticæ Judicio, clariſſimo pacis tenore ad libitum contorto, ita, ut amiſſa libertate, cujus hactenus fruſtra ſperarunt reſtitutionem, municipalium ſorte cenſeantur. Strenuum interea libertatis defenſorem egit Illuſtris nunc Cameralis Judicii Aſſeſſor Schraagius *in tr.* cui titulus: *Nullitas Iniquitasq; Reunionis Alſaticæ*, & *Deus* tandem *omnium fortiſſimus interpretabitur*, uti in frontiſpicio loqui amat Vir Celeberrimus. cf. quæ in Compendio diſſerit Reverendiſſ. Dn. Cancell. D. Jäger *Obſ. ad Grot. p. 719. ſq.* ubi etiam quædam acta publica, quæ pleniſſima in laudato Schraagiano opere habentur, inſeruit. Ceterum apprime hic iterum notandum, ut probe ſejungantur tempora acquiſitæ libertatis, Superioritatis, & nunc liberationis ab Advocatiis & Præfecturis Imperii, vel plenarie vel ſecundum quid; quæ confuſa neſcio annon originem dederint, ut Autor deß Europ. Herolds/ *p. 1. pag. m. 758.* dilectiſſimam Patriam meam Hallam Suevorum, unam certe inter Imperii Civitates antiquiſſimas, anno demum 1360. recentioribus Caroli IV. temporibus libertatem ab Eberhardo Comite Würtenbergiæ, cui nunquam ſubjecta, erroneè adeptam ſcribat, his verbis: Ihre Freyheit hat Sie alsdann erlanget/ als Graff Eberhard von Würtenberg/ ihr damaliger Landes-Herr Anno 1360. in deß Reichs-Bann gefallen. Cauſa lapſus videtur, quod tum temporis Halla noſtra inter illas Imperiales Sueviæ Civitates (vid. Knipſch, *l. 2. c. 24. n. 33.*) qua-

rum

rum Advocatia & Jus Protectionis Comiti Würtenbergiæ Eberbardo Contentioſo dicto, vulgo der Greiner/ fuerat comiſſa, ab exorbitante illius protectionis exercitio una cum cæteris fuerit liberata, datis cum illis CXXXIIXM. flor. teſte Dn. à Waldkirch *in Compend. Hiſtor. p. 270.* Subſtituto in ejus locum Ruperto Comite Palatino. conf. Knipſch. *d. l.* & de funeſto tum bello inter Comitem Eberhardum atque Sueviæ Civitates exorto, poſt autem anno 1378. compoſito, vid. latiſſimè Dn. Datt, *l. 1. c. 6.* ubi etiam *cap. 7.* fœdera refert, quibus memoratus poſtea Comes ſe aſſociarit anno nimirum 1382. Sueviæ Civitatibus. Halam Suevorum à nobilibus maximè, creſcente poſtmodum plebis auctoritate emigrantibus, inhabitatam, unde Civitas Nobilium, Eine Adels-Stadt/ ipſa paſſim audit, ſpeciali diſſertatione ejusque antiquiſſimam libertatem juxta cum aliis prærogativis exponit, quantum nempe ob conſumtum fatali incendio anno 1376. patrium Archivum & manca hinc Autorum ſcrinia integrum erat, Celeb. Dn. Joh. Pet. Ludovici, Halenſis Suevus, *Halæ Saxon. anno 1699. ſub titulo: Commentaria Politica Rerum Halenſium S. R. J. Liberæ Urbis.* Inde ex *p. 16.* & auctoritate ibidem allegatorum illud nos non incommode repetimus, quod anno 1340. Imperator Ludovicus (en! Iudex immediatus eſt Cæſar) Patriæ noſtræ, orto inter Nobiles & plebem diſſidio, ſententiam declararit per Ulricum Comitem Würtembergiæ, Eberhardi Patrem, illius ergò certe non fuit municipalis, cum *non tanquam Princeps & Dominus territorialis*, ſed ut *Imperatoris Commiſſarius* laudatam dixerit ſententiam. Et quid multis? videantur ſaltem loca apertiſſima apud ſæp. laud. Dattium *l. 1. c. 5. n. 29. 32. 38.* ubi Hala noſtra liberas inter Imperiales legitur Civitates anno 1307. 1331. 1356. male ergo anno demum 1360. libertatem adepta ſcribitur. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ pietas inſerere juſſit, cum quantum nobiliſſimo operi deß Europ. Heroldts tribuatur, nec immerito, auctoritatis conſtet. Vellem, ſecundum commune & unicum fere in hoc libro deſiderium, ut aſſerti allegarit Autores, quibus fieri poſſet ſatis.

(g) vid. ex Adamo Brem. *L. 2. Hiſt. Eccl. cap. 1.* Chriſt. Jac. Peller *diſſ. inaug. ſupra cit. de libertate à Jurisd. Principis p. 34.* hinc etiam

proverbium: Unterm krummen Stab iſt gut wohnen/ de quo integra proſtat *diſſert.* Dn. Kreſſii nunc Prof. Helmſt. *hoc titulo.* imo Civitates Imperiales cum loco Comitum olim Epiſcopis concederentur, non plus illis, quam Comitibus, in quorum locum ſucceſſerant, datum eſt poteſtatis. Surrogatum enim ſapit naturam ejus in cujus locum eſt ſurrogatum. cf. Heider *d.l.p.30.* ſed poſteriori ætate cum à priſtinis moribus degenerarent plurimum, intolerabile tandem Epiſcoporum Regimen excuſſerunt Civitates.

(h) conf. hic Illuſtr. Dn. à Coccejis *Diſſ. de Charactere Statuum Imperii* der Reichs-Standſchafft. § *4. S. III.* quæ autem §. *6.* de Civit. tradit, quod quamprimum ex pagis immediatis factæ fuerint Civitates, hoc ipſo Status Imperii & Comitiorum participes extiterint, hoc non ita intelligendum, ac ſi ipſæmet ſtatim ſuo nomine interfuerint Comitiis, ſed Comites & Miſſi Regii Urbes repræſentantes, de quo ſupra. Verum poſtquam illorum decrevit poteſtas, regalia & Jurisdictionem nomine Imperii Urbium ſibi arrogarint minores antea magiſtratus, hoc ipſo certe quamprimum aliquis pagus jura poſt nobiliora ipſarum Civitatum accepit, aut Civitas Municipalis excuſſo Principis Imperio, libertatem & jura territorialia exercuerit, in Ordinum Majorum claſſem evecta locum digniorem publicis in Conventibus ſunt ſortita, quanquam ex mente Coccejana nonniſi immediatæ à prima ſemper origine Civitates atque pagi jura poſt Civitatum nactæ Comitiorum factæ ſunt participes, nulla Urbe Municipali exemta, quæ ſententia pro fundamento habet alterum de terris immediatis & mediatis, altioris pro inſtituto indaginis. Quicquid id eſt, hoc certum, quod cum Civitas ipſa officium Regni i.e. poteſtatem & Jurisdictionem Imperii nomine exercuerit, votum etiam & ſeſſionem in Comitiis ad inſtar ceterorum, quibus jam reddita æqualis, conſecuta fuerit. Obiter hic addimus, quod fruſtra Dn. Felz *Diſſ. de Statu Nobilitatis Immed. S. R. I. diſſert. III. p. 65.* Sententiam Coccejanam, quæ ad charácterem Status Imperii officium Regni requirit, Civitatibus Imperii obſtare credat, haud quidquam enim aliud per illud officium Regni intelligit, quam complexum regalium & Jurisdictionem nomine Imperii, quam omnino & citra controverſiam tribuit Civitatibus, prout hoc ex laudata

data diſput. ad oculum apparet, in qua quippe principia ſua Juris prudentiæ publicæ magis magisque illuſtrat. Et hoc ſenſu etiam *Regalis dignitas* realis ſc. & quatenus æquipollet Superioritati territoriali ſeu Regalibus in complexu, de Civitatibus prædicari poſſet. vid. Thomaſ. *cit. diſp. de Stat. Imp. poteſtate Legisl. contra jus commune* §. *XII.* quo ſignificatu etiam occurrit apud Illuſtr. Henninges Autorem *Medit. ad Inſtr. Pac. p. 1308.* dum dignitatem regalem generatim non niſi Statibus competere ſcribit. Illuſtr. Coccej. *in Juriſpr. publ.* NB. *prioris edit. c. 19. §. 1.* Verum cum verbum, *dignitas regalis* ex communiori hactenus recepto uſu pro *perſonali* Eminentia Regibus pari ſumatur, & ſic Civitatibus neceſſario denegetur, hinc factum credo, ut ſaltem perſpicuitatis ergo in poſteriobus editionibus verba: *cum regali dignitate*, in definiendo Imperii Statum omiſerit, non quod revera Civitatibus obſtare crediderit, ſed ne forſan, dum ipſe minus uſitato ſenſu innuat realem ſeu complexum regalium, quem omnino attribuit Civitatibus, alius intelligat *perſonalem* dignitatem regalem conſuetum vocis ſignificatum ſecutus, quem & ipſemet alibi ſervat, dum *c. 21. §. 14.* dignitatem regalem ſine addito perſonalem denegat, & rectiſſimeſquidem liberis Imp. Civitatibus. Perſonalem autem dignitatem Regalem Virum Eruditiſſimum in decantatiſſima Status definitione indigno errore requiſiviſſe, quis quæſo crederet?

(i) Ex neceſſaria conſequentia, dum Statibus Majoribus factæ fuerint æquales, non nomine, ſed re Freye Reichs-Städte/ & nobiliſſima Imperii membra. Jure ergo optimo maximo parilem, ceteris paribus, concurſum cum Principibus in ſocietate regiminis S. R. I. affectarunt, quo nunc magno numero conglomerare poſſemus argumenta infra allegandi Conſilii Ludwig. Grempens & Hieronymi zum Lamb der Freyen Reichs-Stätt Stand/ Stimm aufm Reichs-Tag betreffend/ exque illis DDrm quamplurimorum, ſed cum laudatiſſimi Libertatis Vindices *d. conſ. p. 49.* notanter inquiant: Bis hieher haben wir der länge nach Bericht gethan/ wie und welcher Geſtalt die Erbarn Freye Reichs-Stätte ihres Vorhabens und Begehrens ſo viel das alt herkommen und hundert und mehr

Jährigen Gebrauch belangen thut / *fundi*rt und gegründet ſeyn / welches wir darumb deſto eigendlicher haben ausführen und *quaſi articuli*ren wollen / dieweil (ſo viel uns bewuſt) NB. **Chur- und Fürſten keinen andern Behelff haben / auch ihres ausſchlieſſens keine andere Urſach fürwenden / denn es ſeye in dem H Reich alſo / wie ſie es fürgeben / herkommen /** welchem aber durch den Weg und obangezogenen alten Reichs-Handlungen (de quo nos inſeq.) hinfürter leichtlich zu begegnen / und das Wiederſpiel (im Fall der Nothdurfft) wol wird zu beweiſen ſein. Sufficiat nobis hac vice pondus & primarium negotii fundamentum ſpeciminis loco tetigiſſe, dum uti ſummo patrocinante æquitatis dictamine, quod nec ipſi Principes orta olim controverſia, de qua poſt, abnuebant, ad nudam provocando contrariam obſervantiam, ita & exoptato juris exercitio Civitates voto deciſivo Comitiorum evicerimus participes. Mirum interim hic nobis videtur, quod ſupra all. Autor der unmasgebl. Gedancken über die neugeſuchte Vota im Fürſten-Rath. *p. 13. 14.* & ex eo Rühlm. *c. tr. de Commit. p. 33.* & Struvius *d. 22. §. 11.* ex poſterioribus temporibus ſecuta rarefactione & tandem plenaria ceſſatione Comitiorum Univerſalium, quo etiam vocati ordines minores, haut ſine ratione ſcrupulum motum volunt Civitatibus, utrum habeant votum deciſivum! filum ego connexionis non video. Civitates enim Majoribus adſcriptæ Statibus poſt interregni tempora, quo decrevit paullatim minorum Ordinum Comitiorum frequentatio, crebrioribus ſemper documentis Parlamenti Germanici cum ſuffragio deciſivo ad inſtar cæterorum Statuum leguntur participes, de quo mox. Quid ergo ad Civitates, quod poſt Ordines minores vel bona cum eorum gratia plane fuerint excluſi, ut illis idcirco aliqua juris ſpecie voti deciſivi moveretur controverſia? Illud ceterum hic venit ex *ſup. §. VI.* repetendum, conventus Statuum Majorum Comitiales fuiſſe vel generales vel ſpeciales, cujus nos exempla & in ſeq. reperiemus, cum particularia Principum colloquia habita, in quibus autem nihil, ut antea, cum ſoli juxta cum Comitibus Baronibusque Status fuerint majores, in totius Imperii negotiis

Digitized by Google

tiis finaliter decretum, niſi etiam concluſivo Civit. Imp. impetrato ſuffragio, uti vel ſola loca ap. Alb. Argent. de quo in §. *ſqq.* oſtendunt.

(k) Multa hic de minorum Ordinum fatis diſſeri poſſent; occaſio itidem daretur frequentiſſima de Nobilitatis Immediatæ priſtino Comitiorum jure injiciendi mentionem, junctis noviciis in hanc rem actis publicis, ſed peculiaris is eſt labor maximis graviſſimorum Virorum contentionibus involutus, qui nos inpræſenti non attinet.

IX. Prolixi hactenus præter opinionem fuimus, ſed perplexa antiquiorum temporum id fere poſtulavit Hiſtoria, proma tamen conda conſuetudinis & decantati illius Reichs-Herkommens (a) quo pleraque in Imperio noſtro, ut & præſentis negotii abſolvuntur fundamina. Nunc ſtrictim & remiſſive pergamus ulterius. Interregni nos tempora commune conſtituimus Civ. Imp. voti deciſivi in Comitiis principium. Defectus Scriptorum, quid circa turbulenta illa ἀναρχίας tempora geſtum, multum hic facit remoræ. Nulla nobis referunt univerſalia illa ætate Comitia. Varia interim bella geſta, icta fœdera & converſus particulares Principes inter & Civitates habiti, manifeſto parificatæ poteſtatis indicio ſunt, Quid? Comitia Statuum Majorum à Rege Wilhelmo habita leguntur, in quibus Principum & *Civitatum* conſenſus omne tulit punctum, memorabilia ſunt hanc in rem conſtitutionis Wilhelmianæ de anno 1255. verba (b) *Ut autem inter NOBILES TERRÆ & CIVITATES non poſſit diſſenſionis vel diſcordiæ ſcrupulus ſuboriri, per quem hoc Sanctum pacis negotium impediri valeat vel turbari, de concordi CONSENSU & UNANIMI VOLUNTATE NOBILIUM ETIAM & CIVITATUM ex matura deliberatione noſtri Conſilii ſic decrevimus ſtatuendum: ut nobiles & Domini terræ &ct.* En! vires civita-

Digitized by Google

tum & adaucta pondera! ſic perpetuis poſt creverunt Civitatum Imper. Jura Comitiorum incrementis.

(a) cf. integr. Diſp. Dn. Kulpis *de obſervantia Imperiali* vom Reichs-Herkommen. Dn. Ludw. *de Jure Adleg. Ordin. Imp. p. 16. ſeqq.* Ita cum Galliæ aliquando Legatus multa in Comitiis noſtris audiret vom Reichs-Herkommen vocis ignarus ad bibliopolam miſit, ut ſibi daret Reichs-herkommannum.

(b) Exhibet hæc ſingula & latius perſequitur laud. Dn. Datt. *vol. rer. germ. l. 1. c. 4. per tot.* ubi optime obſervat, *nobiles & terra Dominos*, nil aliud denotare, quam Principes atque Comites, non inferiores communiter & abſolute hodie nobiles dictos. cf. hic quæ *ſupr. §. VI. not. f. annotav. in fin.* & vid. ſaltem *Chron. Slav. L. 1. c. 14. ap. Leibn. Scr. Brunſ.* ibi: coadunatis tamen Principibus *ſive* nobilibus.

X. Videamus nunc vel potius tangamus illuſtriora ſaltem & præcipua Civitatum Imperialium auctoritatis Comitialis momenta, quæ finito ſe produnt Interregno. Primus ſtatim poſt turbulenta illa tempora Exoptatiſſimus Cæſar Rudolphus glorioſiſſimus Auguſtiſſimæ Auſtriacæ Stirpis Sator & Stator, Principum NB. *& Civitatum* conſenſu in Comit. Auguſt. 1282. Auſtriam, Carniolam & Vindorum Marcam Alberto Filio (poſt Imp.) conceſſiſſe legitur. (a) Et in *R. I. de anno 1287.* pariter Civitatum Imperialium fit mentio in fine d. Rec. his verbis: **Dieſe Satzunge und dürre Brieff ward geleſen und erneuet mit der Fürſten und der Land-Herrn und der Städte geſchwornen Eyden.** (b) Adolphi Naſſovii *R. de anno 1291.* in Comit. Colon. diſtinctiorem adhuc & omnis plane dubii expertem Civitatum Imper. facit mentionem: **Und wann Wir König Adolph dieſe Satzungen deß Land-Friedens von Wort zu Wort als hievor geſchrieben iſt/** (*in Rec. Ru.* **von Rath und mit Gunſt der Fürſten/ Graffen/ Freyen Städte und andere**

derer Reichs-getreuen. (c) Sic ſub Henrico VII. Luzelburgico notabilis huc ſpectat locus apud Alb. Argent. (d) Ille: *Manſit vero ibi* (in Conventu Spirenſi 1309.) *Rex* (Henric. VII.) *ſex hebdomadibus cum Principibus, Electoribus, & aliis Principibus &* NB. *CIVITATUM NUNTIIS de ſuo tranſitu & de praſtandis ſervitiis in Italiam DISPONENDO.* Et quid dixerim de Ludovico IV. Bavaro? cujus ſub Imperio quanta fuerit Civitatum in publicis negotiis auctoritas, quanta Cæſaris in easdem fiducia & favor, Urbium autem unanimis in devotione fervor, prolixe idem refert Albertus Argentin. (e) falluntur ergo egregie quotquot in deducenda Civitatum Imperialium ſuffragii concluſivi origine infra hæc tempora deſcendunt. (f)

(a) apud Gerard. de Roo *L. 1. Auſtriac. Hiſt. fol. 34.* citante Autore *diſcurs* von den Reichs-Vogteyen *p. 121.* Beſold. *de Civit. Germ. p. 1. c. VIII. p. 91.* & plures ex illis alii. Civitates autem intelligi Germaniæ, non Italiæ nullum eſt dubium, haud quicquam enim Italos dictum concernebat negotium.

(b) ap. Lehm. *in Chron. Spir. L. 5. c. 108.* & ex eo Arum. *de Comit. c. 7. §. 145.* Dubia hic quidem ſpecioſa in contrarium movet Dn. Felz. *Diſſ. ſup. all. de Comit. Imp. Univerſ. c. IV. §. 3.* quod in præloquio dicti Receſſus tantum Principum fiat mentio & hinc verba ultima juratum ſaltem inferre obſequium notat. Verum ſi ſuperiora loca, ubi jamjam plenarium votum Civitatum Imperialium deciſivum apparet, conjungamus, Civitates paulo poſt ad nudam condecorationem theatri vocatas, probabile non eſt, potius honoris ſaltem gratia factum credo, ut ſtylus curialis in frontiſpicio Principes ſaltem, poſt autem in fine iterum Principes ac ceteros ſimul Status Majores, reſp. autem Principibus inferiores, nominarit. Quid enim num Der Landes Herrn. (i. e. Comitum atque Baronum vid. §. *prac. not* b) pariter tum vota quieviſſe dixeris? ut ut enim alias ſub voce Principum generaliter contineantur, ibi tamen ex ſpeciali poſt facta earundem mentione ſtricte ſic dicti Principes priori loco denotati videntur. Et quid ſi diceretur Receſſum illum,

 quia

quia Principum ab initio tantum ſit mentio, eorundem præcipue conſenſu, ſed NB. *non quaſi ſolo neceſſario*, ſed NB. *vi juris majoris partis*, cui tamen mox ceteri cum ſeſe *ex communi votandi natura* de quo infra, victos viderent, acceſſerunt, confectum, & hinc poſtmodum ſub Adolpho iterum communiori Statuum conſenſu fuiſſe firmatum.

(c) habentur hæc ap. eund. Lehm. *L. V. c. 119.* & adeo apertum eſt atque clarum, ut nullum admittat dubium. inde hinc Dn. Felz. *c. diſp.* originem voti deciſ. Civ. Imp. repetit, ſed aliquanto altius per allata licebit aſcendere. Ceterum neſcio an verba von Rath i.e. ex conſenſu, quæ præmittuntur, reſpiciant ſpeciatim Status Majores usque ad Civitates incluſive, verba autem mit Gunſt i.e. ex approbatione vi voti negativi Status minores die übrige Reichs-getreue per particulam und à ceteris diſtinctas. cf. *ſupr.* §. *VI.* Et ſic cum in Rec. laud. Rudolph. inſerta etiam fuerit de Princip. vox Gunſt/ mox quaſi explanationis, vel correctionis gratia additum und auch mit Rath.

(d) *p. 116. ap. Vrſtis* cf. Rühlm. von Reichſt. *p. 157.*

(e) *p. 134. & 139.* exque illo Gold. *t 2. fol. 91.* unde poſt Beſoldus, Heiderus & Knipſchildius, aliique in ſcrinia ſua retulerunt. refert etiam Arum. *de Comit. c. 7. n. 145.* Dn. Kulpis *de placitis Ord. Imp. vulgo* Reichs-Gutachten. *p. 17.* & germanice ap. Rühlm. *cit. tr. p. 162.* Sc. *p. 134.* Spirenſia ubi ſemper cum deciſivo ſuffragio comparuere civitates in devotione ceterum ferventes. Loca ſunt prolixiora, quam ut inſeri poſſint integra, quædam interim proferamus. Ita ergo *p. 133. ſq. Quibus articulis* (negotium Papale concernentibus) *Principi* (Imperatori) *præſentatis*, *ipſe eorum copiam univerſis Principibus*, *præſertim Electoribus* & NB. *Magnis Civitatibus* (en! inter Status maximam Cæſar poſt Electores fiduciam ponit in magnas i. e. potentiores Germaniæ liberas Civitates, haud tamen neglectis ceteris, ſed pariter ad ſuffragia definitiva ferenda convocatis vid. ſq.) *omnes Principes & Civitates & oppida totius Alemanniæ* (ſc. Imperialia & libera uti expreſſe in ſq. & NB. omnes ſunt vocatæ licet de *magnis* ſpeciatim fuerit ſollicitus) *ad Parlamentum publicum ſuper ejusmodi facto in Francfort convocando. Electores autem Principes & inferio-*

rum

rum partium magnates (Comites & Barones) *octo diebus ante hujusmodi terminum Coloniæ convenerunt, hujusmodi articulis ſe opponere concorditer decernentes.* (Conventus hic vides particulares antecedaneos Principum, ſed cave credas antiquioribus olim ſimiles Civitatibus adhuc in ordine Minorum Statuum conſtitutis, ubi ad perfecta Principum decreta utplurimum & *fere* ſemper eas ſe accommodare opportuit, de quo ſupra. Hi etenim conventus particulares ſunt Statuum majorum, de quibus pariter in præced. ubi inconſulto ceterorum omnium parili concluſivo ſuffragio haud quidquam Imperialibus in publicis negotiis finaliter decernitur, hinc ſequitur generalis Majorum curia) *Convenientibus autem in Franckfurt Principum & Magnatum &* NB. *Civitatum & Oppidorum Imperialium* (nota contra inſulſos adverſarios municipales etiam Comitiorum facientes ſocios) *nuntiis, ſcilicet ſub anno Domini M.CCC.XLIV. de Menſe Septembri, & quærente Principe de Civitatibus* (ecce! primaria Imperat. quæſtio & cura concernit civitates, vana certe, ſi nudi conſilii ergo ad condecorandum Comitiale vocatæ theatrum) *Aquenſi, Auguſtenſi & Uberlingenſi & aliis* (magnis ſc. & potentioribus, non tamen reliquis vilipendio idcirco habitis, quos generatim convocaverat, ſed quod magnis forte abſentibus haut ratum conduxetit res proponere, ſed potius adventum exſpectare, faciunt huc ſuperius dicta ad §. *VII. not. d*) *ſi adeſſent; & dicto quod ſic, & auſcultantibus omnibus Magiſter Wigkerus Protonotarius Archiepiſcopi Trevirenſis juſſus per Principem ſic incepit:* &c. Hic jam Imperatori refertur mens & ſententia Principum. Poſt pergit Alb. Arg. *Quo dicto pro* (per) *illum finito quæſivit ipſe Protonotarius à Moguntino præſente & legatis aliorum Principum, ſi ita eſſet in facto, illisque reſpondentibus ita eſſe: dixit Princeps* (Imperat.) *nunciis Civitatum: Vos audiſtis decretum & conſilium Principum. Vos igitur nuncii exite, nobisque veſtram deliberationem referte.* (non obtruditur Principum ſententia Civitatibus, ſed earundem pariter tanqnam ultima formandi decreti concauſa exquiritur) *illique exeuntes diuque deliberantes ad principes redierunt & per Civem Moguntinum de mandato omnium taliter reſponderunt: Domine* (*notando*

Principem (i. e. Cæſarem) *Civitates adverterunt qualiter Papa cum articulis ad læſionem Imperii nititur. Et cum Civitates non poſſint ſtare niſi cum Imperio, & Imperii læſio earum ſit deſtructio, ſi Dominus Papa in talibus perſiſtere vellet, nos inopes omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii ad manutenendum jura honorem & integritatem Imperii, erimus obedire & manutenere parati.* (conformarunt ergo Civitates ſeſe Principibus, idque *non ex aſſentiendi neceſſitate*, ſed quod *iisdem*, quibus illi, moti fuerint, *rationibus*. Interim quanto ſemper ſubmiſſo reſpectu & devotiſſima reverentia libertatem ſuam cum Principibus exercuerint Civitates hic ipſe locus comprobat) *Et quærente illo cive* (moguntino) *à nunciis, ſi ita eſſet, omnibusque nunciis dicentibus, quod ſic: Princeps grates multiplices referens* (en! gaudium de conſenſu) *ait illis: Poſt octo dies ego & Principes conveniemus in Rens ſuper Rhenum* (iterum diæta particularis inter Status Majores) *& avunculus noſter Carolus Marchio Moraviæ, & deliberationem noſtram cum vobis ſcripſerimus*, (vide Imperator ipſe cenſet, non poſſe concluſum formari ſine exquiſito Civitatum ſuffragio, hinc etiam decretum antecedens Principum imperfectum hactenus deliberationem ſaltem vocat.) *circa honorem noſtrum & Imperii* (*ut confidimus*) *faciatis.* (digna Principe exhortatio) *qui* (civitatum ſc. nuncii) *hoc facere promiſerunt.* (digna Civibus reſponſio.) De alteris Comitiis Spirenſibus ita idem Alb. Argent. *p. 159. Convocatis quoque Civit. Spiræ ipſas concorditer reperit in ſua devotione ferventes: ita, quod nec una earum Rheni, Sueviæ, vel Franconiæ electionem Caroli* (poſt IV.) *aut proceſſus Papæ curavit, nec quisquam illarum partium aliquos contra Principem publicare proceſſus audebat. Baſilienſes tantum licet ratione Epiſcopi ſui & progeniei Monachorum inibi prævalentium & Carolini faventium ipſum receptare crederentur; videntes tamen aliorum Civitatum concordiam, ſe adhæſuros Principi firmius, aliis decreverunt.* Notari meretur locus vel inde etiam, quod nobiliſſimum *de Civitatum Imperialium fidei & devotionis* conſtantia erga Cæſarem & Imperium præbeat teſtimonium, quæ res

pecu-

Digitized by Google

peculiare aliquando non inutile thema conſtituere poſſet, ſi vel ſexcenta alia jungerentur. Videatur ſaltem ſimile exemplum memorabile in depoſ. Adolphi in *Chron. Colmar. part. alt. p. 59. ap. Urſtiſium.* Adde ſpeciatim de Noribergæ conſtanti fidelitate multoties iterata teſtimonia in conceſſis privilegiis (quibus pleræque civitates meritorum intuitu ornatæ à glor. mem. Frid. III. (aliis IV. V.) ap. Æneam Sylv in Diplom. vitæ Frid. adject. *p. 258. 296. 203. ſq.* itemque de Argentorato *p. 321. 324.* ſed quantum mutata ab illa? poſtquam unus alterve, fruſtra à nonnullis excuſati, perfidorum Civium quos ſuperiori ſeculo & parum melioris farinæ ad huc protrudit Libertatis Germanicæ Civitatenſis inpr. hoſtes, indelebilem priſtinæ fidelitatis candori aſperſit maculam. Verum præterquam, quod adhuc tamen prodat avitæ fidei & libertatis Patronos, inter quos etiam Illuſtris Autor tr. qui inſcribitur: *Libertas Argentoratenſium Stylo Ryſvicenſi non expuncta ad 1707.* commiſſum illud facinus cæteras Imperii Civitates ad fidelitatis devotionem magis exſtimulat ferventes.

(f) Labitur hic ex parte Conring. *de Civib. Imp. th. LIV.* & de Comitiis *th. LII.* ubi ſeculo demum decimo quarto Civitates ad Comitia communiter admiſſas ſcribit, cum omnino per allata ad medium usque ſeculi decimi tertii aſcendendum ſit; labuntur quotquot à Carolo IV. demum ex aurea bulla petunt initia; Omnium autem enormiſſimus & non tolerandus error eſt, ſi ita quidem, prout videtur, res ſe habet Autoris der Politiſchen Frag der Ritterſchafft Stand und *Seſſion* betreffend/ ſub quo nomine latere volunt Ill. Caſparum à Lerch. Ille *fol. 52.* junctâ maxime *inſcriptione marginali* wie alt der Stadt Reichs-Stands acceptatio ſeye? ab anno demum 1582. arceſſiſſe videtur, quem rectiſſime notat Laud. Dn. Datt. *L. IV. c. VI. n. 1. ſq.* Verum enimvero aut ἀλλοτρια egiſſe Virum Doctiſſimum, dum ſcriberet, aut neſcio quid aliud favore vel odio partium factum crediderit, ſed præſumptio indigna, vel inde vix redditur veroſimilis, dum dictum aſſertum nullam modo veri ſpeciem referat, nec fuco ſaltem aliquo coloretur. Videtur ergo laud. Autoris alia ac primo intuitu apparet mens & ſententia, quæ ſc. non tam originem

Digitized by Google

Status der Reichs-Standſchafft ſed orta aliqua controverſia plenariam approbationem rei ab antiquo competentis reſpicit. Et cum alias Doctores ſecundum allegata veniant interpretandi vid. Heid. von Reichs-Vogt. *p.69.* & hactenus excuſabitur ad Lehm. *Chron. Spir.* provocans *L. IV. c. V. f. 289.* is autem *d. l.* apertiſſime dubium ſaltem natum refert, utrum Civitates voce Status in pace religioſa contineantur, quod poſt & Imperatoris & Principum confeſſione confirmatum. de quo vid. Lehm. *d. l.* & Datt. *c. l.* Quemadmodum autem rubrum cedere debet nigro in Corpore noſtro Juſtinianeo, ita & hoc loco dubia contenta marginalia inconſulto calamo ſcripta, ſi non forte pro *acceptatio* legendum *approbatio*, ad textualem veniunt reſtringenda.

XI. Succedit Caroli IV. ætas, ubi Comitia occurrunt Spirenſia de anno 1349. quibus pariter interfuére Civitates (a) & dein celebratiſſima curia Noribergenſis, in qua Aurea prodiit Bulla aſſidentibus Imperatori omnibus Principibus Electoribus &c. & NB *Civitatum multitudine* numeroſa (b) ſub Wenceslao notiſſima ſunt Comitia Francofurtenſia & Egeriana, ubi pax publica conſenſu etiam Civitatum conſtituta legitur. (c) Quid nunc de ſubſequentibus dixerim, ubi Civitatum Imper. ſuffragia Comitiorum concluſiva ſecundum Ord. Imp. Rec. facillime venirent adſtruenda. (d) Pro præſenti ſpecimine nos ſaltem generaliter comendamus perpetuas Receſſuum formulas dum mit gutem Rath/ Vorwiſſen ꝛc. non ſolum Electorum & Principum verum & Civitatum facti legantur, quibus adde convocationis formulam: Daß Sie wollen erſcheinen mit und neben andern Ständen helffen handlen / rathſchlagen und NB ſchlieſſen. Videſis ergo Receſſus Sigiſmundi, Alberti, & quamplurimos Friderici III. (e) cujus ſub Regimine in multis Comitiorum ſtatus paſſus eſt alterationes. Nos hac vice obſervamus, 1. originem trium in Comitiis Collegiorum anno

no 1489. in diæta Francof. ex communi ſententia; (f) 2. initium diviſionis modernæ Civitatum in ſcamna Rhenanum & Suevicum in Comitiis Auguſtanis 1474. (g) 3. Diverſitatem ſtyli Curialis (h)

(a) Vid. Alb. Argent. *p. 151. 152.* & ex eo Rühlm. von Reichs-Tagen *p. 166.* reſpiciebant illa Comitia conciliationem Carolum IV. inter & Güntherum Schwarzburgicum, hinc videmus fruſtra Dn. Struvium *diſſ. 22. §. 11.* tum demum Civitates ad Comitia ætate Friderici III. incluſive admiſſos ſcribere, ſi vel de Imperii Reformatione vel legibus publicis ferendis ageretur. Neutrum enim hic, uti & in Comitiis 1489. in quibus de Legatione ad Regem Hungariæ actum, & per majora Principum atq; Civitatum votis decretum fuit, teſtibus Conſil. Gremp. & Hier. zum Lamb *p. 36.* Comitiorum conſtituerat negotium, & tamen interfuerunt Civitates, & quidni? cum Principbus æqualia, acquiſierint Superioritatis jura. conf. *ſupra dicta.*

(b) vid. *Aur. Bull. in proœm. & c. 12.* ubi ſub voce Procerum neceſſario, collato ſcil. proœmio, continentur Civitates, conf. Publiciſtæ hic uno quaſi ore locuti omnes, illi ſaltem notam merentur, qui inde prima voti deciſ. Civitatenſis initia petunt.

(c) Lehm. *Chron. Spir. L. 7. c. 63. & 69.* Rühlm. *c. l. p. 169.*

(d) Sed dum nos hæc ſcribimus iteratis literis ab Academia vocamur. Malumus ergo generaliſſimis nos expedire terminis, quam feſtinanti calamo ſpecialiter rem tractando confundere.

(e) Inſpici hic poſſunt ſcrinia Schilteri *in Append. hiſtor. Jur. Publ.* Dattii *in vol. rer. germ.* Mülleri *in theatro Comitiali, itemque* im Reichs-Tag Staat Æneas Sylvius *in adjectis documentis vitæ Friderici III.* Lehmanni *in Chron. Spir.* & inpr. conſilia mox ſpecialius laudanda Grempiana & Hieronymi zum Lamb/ unde defectus Receſſuum in Codicibus, qui hodienum proſtant, apparet & maximam partem ſuppleri poteſt.

(f) Debetur illa Lehm. *in Chron. Spir. L. 7. c. 120.* Scil. duæ ſemper ab antiquo erant claſſes Principum & Civitatum, ſeparantibus autem ſe Electoribus à Collegio Principum, tertium & ſupremum quidem Eminentiſſimum ortum eſt in Comitiis Univerſalibus ſpe-

ſpecialiſſimum Electorale Collegium. Quod quo tempore factum, accuratius rem examinanti vix liquet. Communis ſententia, quam ipſi quoque Principes A. C. in Scripto ſuperioribus Comitiis anno 1653. & 54. habitis Collegio Electorali d. 2. Nov. 1654. exhibito ap. Limn. *Tom. 1. addit. ad lib. 9. c. 1. n. 293.* ſuam fecerunt & approbarunt, ſecuta eſt Lehmannum; à qua tamen receſſit Bœclerus *in Not. Imp. L. 21. c. 1.* & cum illo faciens Pfeffing. *ad Vitr. L. 3. c. 8. §. 9. lit. a.* qui evidentiſſima argumenta ſeparatæ conſultationis Electorum à Principibus hinc inde ex Aurea Bulla ſumi poſſe contendit; ſed pridem monuit Kulpis *de placit. Ordin. Imp. §. 12.* quod ad conventus ſaltem particulares teſtimonia illa pertineant. Longe majoris momenti ſunt, quæ Dattius & Müllerus in contrarium movent, Ille *L. 1. c. 29. n. 22. p. 209. ſq.* *Hic* in der VI. Vorſtell. ſeines Reichs-Tags *Theatri c. 42.* Inde noſtra hæc eſt ſententia. Separationem NB. *Votorum Electoralium* à Principalibus longe antiquiora reſpicere tempora, & tantum evincere videntur argumenta Dattiana & ex parte Mulleriana; Quod autem ſeparationem attinet, quoad conclave, diſtinguendum inter ſeceſſionem *perpetuam & intervallatam*, quemadmodum alias diſtinguitur inter uſum tituli *ſemper Auguſtus* perpetuam & temporaneam. Illam ne quidem à tempore laudato Lehmanno, ſed recentiori ad huc repetendum veroſimile reddit Müllerus *d. l. §. 5.* Hanc autem omnino crediderim hactenus referendam eſſe ad ann. 1489. cujus etiam expreſſe fit mentio in conſ. laudat. *p. 34.* donec proferatur, de quo forte non deſperandum documentum antiquius. Tamdiu enim in Hiſtoricis legitima eſt negatio, quamdiu non ad eſt legitima probatio. Non tamen ideo valet argumentum prout format Rühlmannus *d. r. p. 37.* Der *Hiſtoricus* meldet nichts davon/ noch hat man wo anders her glaubige Nachricht davon/ *Ergo* iſt es nicht geſchehen. ſed ita, Ergo nobis non venit aſſerendum, nec factum *credibile* eſt. Quid enim, ſi nullus plane ſcripſerit res geſtas ut pleraſque Germanorum, num ideo *in ſe* non Entia dixeris? abſit. immerito ergo hactenus notat Autorem Elect. Jur. Publ. quemadmodum etiam ſimilis fere notula *p. 3.* quo eundem petit, ſuperſedere potuiſſet. Non fruſtra enim

Autor

Digitized by Google

Autor ille, quisquis is eſt, majorem in medii ævi Scriptoribus ſcribendi notitiam & habilitatem requirit, cui in vanum opponit Dn. Rühlmann, quod nil referat, veritas an à ruſtico, an à Civitatenſi dicatur. Verum hoc eſt, ſi uterque dixerit veritatem, ſed de hoc nunc quæſtio. Et quid ergo? Ruſticus ne an Oppidanus & inprimis Eruditus æque capax eſt ad rerum politicarum juſte concinnandam Hiſtoriam fabulis rejectis atque ineptiis? non videtur, quin toto potius cœlo crederem differentiam.

(g) cf. Lehmann. *l. 7. c. 113. p. 974.* D. Müll. Reichs-Tags *Theatrum* in der *V.* Vorſtellung *c. 44. §. 4. p. 619.* Germ. Rheiniſche/ male apud Goldaſt. in den Reichs-Händeln *pag. 932.* Römiſche und Schwäbiſche Banck/ dicitur aliàs etiam Ober Rheiniſche/ *vid. Elect. Jur. Publ. l. 1. p. 386. it.* Oberländiſche/ Hagem. *de Comit. p. 76. Elect. Jur. Publ. c. l. p. 653.* nulla in hac diſtinctione occurrit Civitatum Liberarum & Imperialium differentia. cf. *hic Diſſert. inaugur.* Dn. Rau, *quam ſuperiori anno ſub Præſidio pariter Magnif.* Dn. Præſidis habuit *de Pari nexu Civitatum Imperialium cum S. R. Imperio c. II. §. 5.* ubi & ex hoc capite novaturientium Adverſariorum pœna digna explodit deliria.

(h) Multa de illo notabilia nobis ſuppeditat *egregium Comitiale Theatrum* Müllerianum, quod conſule. Nobis inde notaſſe ſufficiat quod Civitates inſigniantur, ſpeciali mox nomine, der Stätte/ mox der Stätte Freunde/ Sendbotten/ Bottſchafften/ mox ſub generali voce, der Liebe getreuen/ Bottſchafften/ und gantzer Verſammlung/ &c. comprehendantur. Ultimis demum Friderici III. temporibus modernus Comitiorum ſtylus, Chur-Fürſten/ Fürſten und Stände/ i. e. Civitates invaluit. Accuratius in hæc inquirere non vacat.

XII. Specialiter adhuc tamen ratione votorum deciſivorum, quæ pleniſſimo effectu in S. R. I. Comitiis illa etiam ætate tulerunt Civitates, addere perquam videtur neceſſarium I. Sententiam Electorum atque Principum ſemper fuiſſe Civitatibus communicatam, juſto conceſſo deliberandi ſpatio Civitates & Principes inter, atque poſtmodum amicos interceſſiſſe tractatus, teſtantibus id *actis Comit.*

1400. 1426. 27. &c. II. Juri Majoris partis (a) perpetuo in Comitiis fuiſſe locum exceptis cauſis excipiendis, quo ab antiquiſſimis temporibus ſemper ſpectabat materia collectarum; III. Civitates mox Electorum, mox Principum pro re nata acceſſiſſe diſſentientibus ſuffragiis, jure ſic majoris partis conſtituto. Sic acceſſerunt Electoribus anno 1497. in Com. Friburg. an. 1498. & antea multoties, teſte *hactenus ipſo* Moguntino, qui tamen fruſtra illud perpetuo factum aſſeruit. Principum ſententiam contra Electores ſuam fecerunt Civitates anno 1489. & 1497. in Comit. Wormat. (factum id etiam eſt anno 1481. ſed illud materiam collectarum concernebat, ubi major pars non concludit, de quo tamen hodienum multiplex diſputatio) III. Civitates in cauſis ſc. ubi majora non obtinent, nullatenus paruiſſe ſententiis ſibimet contrariis Electorum atque Principum, ſed diſtincta ab illis Imperatoribus obtuliſſe ſuffragia, tentata dein & obtenta concordia vel deſperata, e. g. in Comit. 1431. 1466. 1479. 80. 81. idque inpr. in materia collectarum, omnibus contrariis auſibus in prima herba ſuffocatis. IV. Conſpirantibus inter ſe tribus Comitiorum Collegiis, placita illa unanimia Ordinum æque Civitatum, quam Electorum & Principum feciſſe mentionem, cum pari effectu, cæteris paribus, concauſam decreti Comitialis egerint efficientem. (b)

(a) de quo infra remiſſive.

(b) Videri de his ſingulis poſſunt *laudata conſilia* Ludw. Gremp. von Freudenſtein & Hieron. zum Lamb. *p. 31. ſq. plur.*

XIII. Ceterum quantum maxime fieri potuit Electorum atque Principum ſponte ſe conformarunt ſententiis Civitates, (a) quod ipſum in fertiliſſima illa Comitiorum (b) ætate ſub Maximiliano I. contigit (c) ſed neſcio qua injuria temporum & priſtinæ obſervantiæ oblivione mox in aſſentiendi neceſſitatem illud fuerit tractum, denegando poſt Civitatibus inveterati ſuffragii deciſivi libertatem, nudum-

Digitized by Google

dumque deliberativum ſubſtituendo. (d) Hinc lites & acerrimæ animorum concertationes, quæ anno 1522. cœptæ (e) poſt anno *1541 -- 42-44-46-48.* reſuſcitatæ, (f) & denuo iteratis vicibus anno *1555.82.94.97.1603.08.* (g) motæ, ad pacem usque Weſtphalicam proteſtando & reproteſtando feliciter indeciſæ manſerunt, Civitatibus antiquiſſimæ libertati fortiter inhærentibus, & ubi aliquid in præjudicium earundem ſuſceptum, ingenue, ſubmiſſa tamen, qua decet modeſtia, reclamantibus, nec tum omni voti deciſivi ipſo exercitio ademto, (h) Jus plenarium autem, mediante proteſtatione per notoria, in ſalvo perſtitit.

(a) partim ut gratiam Eorundem ſancte habendam ſibimet conciliarent, nec nimio forte non adeo neceſſario diſſenſu offenſam incurrerent, partim quod raro à ſuperioribus Statibus conſilia ferantur, quibus ſe prægravari poſſint prætendere Civitates, aut quæ in melius mutari utilitas ſuadeat. vid. Oldenb. *in Limn. Enucl. L. IV. c. I. §. IV.* ubi recte notat Bertramum, qui ex aſſentiendi neceſſitate id fieri perperam ſcripſit. cf. ex Limn. *L. 7. c. 1.* Dn. Henricus Coſelius Prof. olim Witt. *de Comit. Imp. Rom. German. th. VI.* add. Dn. Cregel. Prof. Alt. *Diſſ. de Jure liberarum in Imp. R. G. Civitatum §. 60.*

(b) quibus an interfuerint Civitates non amplius docendum, infinitis in os quaſi loquentibus documentis & Imperii Receſſibus, Comitia autem plura tunc ſunt habita, quam Receſſus in ſolenni habentur Codice Receſſuum. Et in compendio refert illa B. Bœclerus *de rebus ſeculi poſt Chriſtum natum XVI.* Mullerus im Reichs-Tags Theatro, quos vide.

(c) Amice ſc. tunc tantum non ſemper conſpirarunt Principes atque Civitates & nullus fere legitur diſſenſus. De Comitiis Wormatienſibus anno 1509. ita ex Baſelio & Mutio Bœclerus *c. l. p. 137.* Anno 1509. Cæſar abſens in Italia Comitia Wormatiam indixit ſubſidium pecuniarium petiit ab Ordinibus ad bellum Venetum. *Principes vero cum Civitatibus Regni*, habitis inter ſe variis tractatibus, *uno pariter ore* miſſis Oratoribus *reſpondent* &c. cf. Datt, *d. l. n. 9.*

(d) quæ

Digitized by Google

(d) qua ſententia adeo tum ignoro qua Civitatenſibus invida ſchola edocti Principes, ut rem quaſi certiſſimam Fridericus Palatinus in oratione ad Carol. V. quam integram vide ap. Hubert. Thom. Leodium *in Annalibus Palatini L. V. f. 79.* Sed Principes falli poſſe & falſos eſſe quid certius? non pendet ſane Hiſtoriarum fides & obſervantia à nudis Eorundem aſſertis. Exemplo nobis eſt Elector Moguntinus in Oratione pro Caroli V. Electione vid. Magnif. Dn. Præſes *p. ſp. ſ. II c. II. §. 4.* & in ſimili Giovani (ſeu Jo. Pet. Ludwig. uti ipſemet fatetur Diſſ. de Conrado I. *p. 54.* in fin. & alibi paſſim, imo in *ipſo Germaniæ Principe* ad diſſertationes Ludovicianas *p. 207. 210. 218. 219. 547.* ſine addito nomine provocando partum ſuum agnoſcit) *L. 1. c. 1. p. 131.* Ceteros quod attinet contrarios Civitatibus Autores, reſpectu eorum, qui votum deciſivum tribuunt & vindicant, quos magno numero coacervatos, ita tamen, ut plures adhuc exrecentioribus maxime addi poſſent, videſis ap. Knipſch. *L. 2. c. 2. n. 61.* deprehenderis perpaucos recenſitos ex Limneo inpr. à laud Knipſch. *d. l. n. 45.* quibus bene addidit Bertramum, quem male poſt *n. 61.* in Conſentientium numerum retulit, quicquid enim pro Civit. alias favorabile habet, uno halitu poſt conturbat aſſentiendi neceſſitate impoſita, uti in præced. notavimus. Recentiori ætate poſtquam pace Weſtphalica plena ſuffragii libertas, ut in ſeq. audiemus, reſtituta, neminem novimus qui ſcripto, quid enim inter clauſtra alii murmurent, non curamus, votum deciſivum Civitatibus denegare auſus fuerit, modo licet exercendi aliquantulum dubio, de quo infrà. Ut adeo tantum abſit, quin ex vero ſcribat re ipſa licet conſentiens Dn. Lang. *in fine.* zum *Jur. Publ. L. 5. S. II. §. XXIV. p. 134. rec. edit.* Ich finde zwar, daß die meiſte Publiciſten nicht meiner Meinung ſind. ubi quæſo. ut ne quidem quoad tempora antiquiora, nedum moderna procedat. Imo Scriptores olim diſſentientes magis de ipſo facto & exercitio, tum temporis, dum ſcriberent, maximam partem turbato, unde dein ab antiquo ita obtinuiſſe, falſo ſibi perſuaſerunt, teſtantur, quam de jure, à quo plane abſtrahunt, & neminem ego memini, qui ex Scriptoribus Civitatum ſe oppoſuerit argumentis, licet Limneus de *nonnullis* monuerit, quod non adeo ſint ſtringentia, quæ tamen ipſa, ut ut abſolute & ſeparatim ſpectata non plene

pro-

Digitized by Google

probent, juncta tamen aliis evidentioribus probabunt in turba, ut DDres loquuntur, ſed Limneo nulla mens fuit Civitatenſia impugnandi ſuffragia. Et ſic ſuaviter etiam concordat Arumæus *ad. A. B. diſſ. 1. n. 8.* coll. tr. *de Comit. c. 7. n. 45.* quem fruſtra Knipſch. cum aliis ſibi vehementer contrarium pronunciat. Sub diverſis enim nulla ſtat contradictio; ille autem loco priori de jure & juſtitia, imo & exercitio ad tempora usque Caroli V. loquitur, & ſic omnino Civit. vindicat votum deciſivum, quæ late repetit *tr. de Comit. c. 7. §. 145. p. 560 -- 573.* ubi diſtinctiſſime ipſemet ſejungit duas quæſtiones unam *de jure*, quam affirmat, alteram *de exercitio*, quam quoad poſteriora tempora negat, turbatam reſpiciens obſervantiam idque ex ipſis conſiliis ſæpius laudatis, in quibus deſuper conquæſtæ ſunt Civitates. Ceterum animum Arumæi Civit. non adverſum ſatis indicat votum, quod in calce *n. 147.* adjecit. conf. interim tamen notulam ult. ad h. §.

(e) Egregiè conducerent Archiva, in quibus multa adhuc inedita deliteſcunt inpr. acta Wormatienſia, Heilbrunnenſia, Argentoratenſia, Francofurtenſia &c. itemque conſilia Francof. Norib. Ulmana &c. quæ circa hæc tempora prodierunt, citata toties ſæpius laudatis & proxime ſpeciatim laudandis conſiliis in hac cauſa datis cf. interim Frid. Hortled. *L. I, c. 37. n. 298. & 447. p. m. 255. & 276.* Dn. Tob. Pfanneri *Hiſtoria Comitiorum L. 3. §. 12. -- 29.* ubi totius controverſiæ fata in juſto compendio videſis. add. Dn. Datt. *lib. V. integro cap. VI. & VII.* ubi multa habes acta publica.

(f) Hæc circiter tempora anno forte 44. 45. ulterius enim non aſcendunt, mox memorandi Autores vid. *p. 73.* prodiit ſæpiuscule jamjam nobis laudatum conſilium (quo ex benevola Excellen. Dn. Datii Magnifico Dn. Præſidi & inde nobis facta gratioſa communicatione uti licuit) Ludwig Grempens von Freudenſtein & Hieronymi zum Lamb. quod poſt modum junctio alio typis eſt expreſſum Spiræ, non addito anno, bey Elia Kembachen in 4to & inſcribuntur, zween außführliche Rathſchläge und ſtattlich abgefaßte Rechts-Bedencken deß Heiligen Römiſchen Reichs Erbarn Freyen und Reichs-Stätten *Seſſion* Stand und Stimm betreffend. Sequitur, der erſte Rathſchlag / vix octo conſtans pagellis, cum alterum ultra quadra-

 ginta

Digitized by Google

ginta contineat, ob nemlich die Erbarn Frey und Reichs-Stätt ſchuldig und verpflicht ſeyn / was Chur und Fürſten Prälaten/ Graffen und Freyen in Reichs-Handlung unbefraget der Erbarn Stätt Bottſchafften Rath/ Gutbedüncken und Bewilligung beſchloſſen / anzunehmen oder nicht?

Iſt vormals von einem fürnehmen Rechtsgelehrten/ ſo damals deß Hochlöbl. Kayſerl. Cammer-Gerichts treffentlicher *Advocat* geweſen/ zuſamen getragen. de quo etiam mentionem facit Bœclerus *in notitia Imp. L. II. c. 3. p. m. 148. 150.* ex ſchedis Marci Ottonis Reip. Argent. conſil. ita enim legendum. vid. Datt. *L. 5. c. 6. n. 42.* Alterum conſilium Autores ſimultaneos habet Ludw. Gremp. & Hieron. zum Lamb & hunc præ ſe fert titulum: Das andere Reichs-Bedencken begreiffet in ſich Summam und Innhalt aller untergebenen Acten und darauff von Herrn Ludwig Gremp./ der Rechten Doctorn / und damals der Stadt Straßburg *Advocat*en: und dann Hieronymo zum Lamb/ der Rechten Doctorn/ und damals der Stadt Franckfurt *Advocat*en/ geſtellten Rathſchlag von den Erbaren Frey-und Reichs-Städten Seſſion, Stand und Stimm belangend. quod dubio procul innuit Dn. Wagenſeil *ſupra alleg. diſp. de Comit. Imp. Univerſ. th. 54.* itemque Lampad. *p. 3. c. 8. §. 11.* ubi egregium citant *libellum* (ſeparatim forte poſſederunt mutato titulo dictum conſilium) qui inſcribatur: Summa und Innhalt aller übergebenen Acten und darauff geſtellten Rathſchlägen der Erbarn Freyen und Reichs-Stådt Seſſion, Stand und Stimm belangend/ cum acta publica, quæ ibidem, manca licet, addit, ex noſtro conſilio *p. 72. 73.* ſint deſumta. in fine additus eſt, der außführliche Bericht von Reichs-Tägen. Excell. Dn. Struv. *in Biblioth. Jurid. c. 14. §. 61.* aliam der gedachten beeden Rathſchläge/ editionem Francofurtanam de anno 1615. memorat, ſed fallitur, ſi ſub initium demum ſuperioris ſeculi, ubi controverſia noſtra iterum ſaltem recruduit, dicta conſilia primum in medium prolata per editionem Francofurtanam exiſtimat. An noſtra, qua uſi ſumus, Spirenſis illa ſit antiquior vel recentior propter tempus impreſſionis omiſſum, niſi id ſit annus M. DC. XVII. in fine expreſſus, neſcimus, nec nobis conſtat, quo primum tempore typis publicis fuerint expreſſa, illud autem certum, quod

Digitized by Google

quod circa annum 1543—48. in Comitiis fuerint confecta, vid. *p. 109.* & poſt Cæſari atque Superioribus Statibus communicata. Ludwig Gremp & Hieron. zum Lamb Autores quinam fuerint, jamjam facta eſt mentio. Prior ſcil. Ludw. Gremp von Freudenſtein/ J. U. D. & Civit. Argent. Advocatus, & tantum non perpetuus ad Comitia fuerat Legatus, quemadmodum hoc patet ex ſubſcriptione Receſſuum 1542. 1555. 1557. 1559. 1566. 1570. ubi etiam tanquam Legatus una cum Jacobo Morero pro Comit. Oeting. tum ſub tutela conſtitutis ſubſcripſit. Hodie autem Civitatum Syndicis ſuſcepto procuratorio in Senatu Principum ſuffragium ferre vix concedetur, ſi fides habenda Presbeutæ ſeu Henr. Henninges *de Jure Legat. Stat. Imp.* §. 145. quod quidem à libero dependet Principum arbitrio. Juvenis adhuc anno circiter 1535. in hac alma Tubinga degit, & univerſum Juris Civilis corpus in methodicas retulit quæſtiones, Argentinam poſtea vocatus; uti hac de re ipſe teſtatur in præfat. quam præmiſit Reſolutioni Dialecticæ Inſtitutionum, quæ prodiit Argent. an. 1567. ap. Samuelem Emmel, recuſa an. 1569. ap. Theodoſium Richelium. Grandævus Senex acquievit anno præter propter 1588. bibliothecam Illuſtri huic Nicrinæ per favorabile ceſſit legatum, fundato inſuper largiſſimo pro Illuſtri familia ſtipendio, quod adhuc audit Grempianum. Et hodienum floret *Nobilis* in Alſatia familia Grempiana, licet Autor der Elſaſſer Chronick Bernhard Herzog Ludovicum noſtrum Grempen von Freudenſtein referat inter Nobiles extra Alſatiam *p. m. 151.* ubi juncta *p. 149. 150.* latiſſimum habet Catalogum illorum, qui ex numero Principum, Comitum, Baronum, Nobilium ſolennem Licentiati vel Doctoris aſſumſerunt titulũ. Alter Hieronymus zum Lamb/ J. U. D. Civit. Francof. Syndicus pariter munus Legati ad Comitia creberrime geſſit, & ſubſcripſiſſe legitur R. I. 1541. 1542. 1544. Interfuit etiam Comitiis de anno 1545. Spirenſ. de quo non proſtat Receſſus. vid. Dn. Lerſner Franckf. Chronick *L. 1. c. 23. p. m. 143.* & illis Comitiis duos noſtros Advocatos junctim crediderim interfuiſſe, dictumque conſilium confeciſſe; cum alias nunquam ſimul Receſſibus ſubſcripſerint, nec Hieron. zum Lamb poſtea amplius Comitia frequentaſſe legatur. *Nobilis* familia Laud. Hieron. zum Lamb inter extinctas refert Lersner, *d. l. c.*

Digitized by Google

d. l. c. 21. n. 117. Enucleata dicta conſilia videſis apud Knipſch. *L. 2. c. 2.* & *nervoſe* in compendio apud Syring *de pace relig. §. 39. lit. b.* ubi tamen male Bertramum etiam conſentientem allegat. Nos ſaltem notamus, quod illa argumenta, quæ Civit. Imper. contraria à ſtatu Reip. Germanicæ opponuntur, non diſcuſſionem, ſed exſibilationem mereantur. Quid enim? cur non pari ratione à Garamantis & Indis, Arabis & Perſis ad ſtatum Germaniæ argumentantur inſipidi? juſte *bacſtemu* de abuſu juris Romani conqueritur virulentus cetera Scriptor Hipp. à Lap. in præfat. ad Lect. cf. integra Diſp. Dn. Lautenſack, J. U. D. *de Inepta Ratione decidendi controverſias Juris publici ex legibus Romanis & Jure Canonico habita Erf. anno 1710.* add. Dn. Titius *Spec. Jur. publ. Rom. Germ. L. 2. c. 9. §. 29. ſqq.* ubi inpr. Differationem ſub Dn. Engelbrechti præſidio Helmſtadii habitam anno 1692. *de Uſu Juris Romani in controverſiis Juris publici Germanici decidendis*, acriter perſtringit. Meliora interim principia fovet diſſertatio Werlhofiana *de uſu Juris Romani aliorumque privatorum Jurium in decidendis controverſiis liberarum gentium*, quæ eodem anno Helmſt. prodiit, ubi quam ſobrie concipienda & perrara inde haurienda veniant argumenta demonſtrat. Ex memoratis conſiliis merito etiam mireris puſillanimitatem quorundam Civitatenſium, qui turbatam ſibi ſuffragii libertatem derelinquere, quam, ut reſtituatur, urgere conſultius duxerunt, quos tamen melius informarunt noſtra conſilia. Interim jam ante ætatem dictorum conſiliorum hæc jura ſua perſequendi multos occuparat diffidentia, ſed fuerunt ſemper libertatis, cujus dulcedinem non niſi amiſſam plene intelligimus, laudatiſſimi defenſores. Inſpiciatur hic Pfanneri *Hiſt. Comit. de anno 1652. 53. & 54. L. 3. §. 20. de Comit. Auguſt. 1530.* ibi: *Aſt quamvis cedentibus Imperioſo juſſui ceteris, reſtitere Francofurtenſes, Ulmani, atque Hallenſis (Legatus patrius) mandata ſuorum excuſantes, quorum injuſſis nefas ſibi foret, qualibusque ſive Cæſaris ſive Procerum poſtulatis annuere.* Nec in vanum! feliciſſimus enim tandem per pacem Weſtph. reſpondit Eventus, ita ut remedia recuperatoria in mota quæſtione ſtatus, (huc facit *integr. conſil.* B. Magnif. Dn. Harppr. Præceptoris noſtri poſt fata etiam Venerandi *vol. 3. conſ. 53.*) de quo egregii

Digitized by Google

gii illi conſiliorum Autores ſunt ſolliciti, non amplius, DEO ſit laus,, habeamus neceſſaria. Ceterum fallitur Lampadius, dum *p. 3. c. 8. §. 11.* decreto Ratisbonenſi anno 1545. controverſiam de voto concluſivo (ita vocant alii inpr. Autor deß *Diſcurs* von Reichs-Vogt. *p. 106.*) Civitatum affirmative deciſam putat. Nam 1. nulla Comitia Ratisbonenſia hoc anno habita, ſed anno demum ſeq. 1546. 2. nullum in hac cauſa Ratisbonenſe interpoſitum legitur decretum, ſed in Comitiis Auguſtanis 1548. quod exhibet Knipſch. *L. II. c. II. n. 47.* & Arumæus *de Comit. cap. 7. n. 146.* & 3. neutiquam illud, prout perluſtranti ad oculum patet, & ſubdurans docet controverſia, ſuffragii priſtina jura reſtituit, ſed amicabilem compoſitionem Electoribus & Principibus cum Civitatibus ſuadet, in hujus autem defectu cauſæ deciſionem & diſceptationem ulteriorem ad Cameram Imperialem remittit. vid. Dn. Cregelii antea laud. *Diſſ. de Jure liberarum in Imp. Rom. Germ. Civitatum §. 58. p. 31.*

(g) Huc ſpectant, quæ ex Schedis Marci Ottonis Reip. Argent. Conſil. annotavit Bœclerus *in notit. Imp. L. XI. c. III. §. 9. in fin.* cf. Datt. *c. l.* itemque huc pertinet, gründlicher Bericht von den Freyen und Kayſerl. Reichs-Stätten ihren Stand und Regalien / Franckf. *1612.* 4. cit. Dn. Struv. *in bibl. Jurid. c. 1. p. 526.* cujus Autorem, addit, faciunt Johannem Gœddeum, Prof. olim Marpurg. famigeratiſſimum, qui vixit circa finem ſeculi XVI. & initia XVII. cf. tempus ſubſcript. in præf. ad nobilis. Commentarium *de contrah. & commit. Stipul.* ubi habetur annus 1597. Allegatur idem ſcriptum, non addito tamen die & conſule, ab Adamo Piſetzki à Kranichfeld. *in tr. de Statu ſeculari c. XIV. p. m. 215.* ſed illius quidem nobis facta copia non eſt.

(h) Sc. orta eſt maxime controverſia occaſione collectarum, judice Knipſch. *L. II. c. II. n. 46.* quæ olim tentata, mox autem extincta iterum eſt, de quo in d. conſ. *p. 65, 66.* dum Principes ſuam ſententiam Civitatibus vel invitis obtrudere voluerunt; ſed nunquam hactenus ſe paſſæ ſunt Civitates obligari, & hoc ipſo ſemper illæſum conſervarunt votum deciſivum, cum ſuperiorum Collegiorum in cauſis, ubi majora non obtinent, contraria ſibi placita non attenderunt, & ſic cauſæ illæ nonniſi unanimi con-

ſenſu omnium Statuum, confectæ, ubi tunc etiam Civitates tanquam concauſæ voto ſuo deciſivo influxerunt. Sic in Comitiis an. 1641. cum Sacræ Cæſareæ Maj. duo ſuperiora Collegia Elect. & Principum pro ſuſtinenda militia collectarum nomine centum & viginti menſes Romanos vulgo Römer Monath/ conferendos promitterent, Civitatum Curia ob perpeſſas calamitates bellicas impoſſibilitatem demonſtrando enixe obſtitit, nec induci potuit, ut ultra 60. menſes annuerent; de quo latiſſime agunt Acta publica Londorpiana. *Tom. IV. libr. 4. pag. 1046. 1073. 1085. 1088. ſeq. 1092. & Tom. V. libr. 1. Num. 80. pag. 169. N. 82. pag. 171. Num. 91. pag. 214. ſeq. Num. 174. pag. 711.* Hactenus autem turbatum eſt exercitium, quod non legali in veterato modo cum Civitatibus ſæpiuſcule poſt fuerit tractatum & inprimis pluralitatem inter Collegium Electorale & Principale diſſentiens, conſtituere, qui tamen *potiſſimus* voti deciſivi effectus eſt, ſimul denegatum Arumæus *de Com. c. 7. n. 147. p. 573.* qui tamen minus recte NB. *totale* inde voti deciſivi exercitium Civitatibus denegat, ut ut de *potiſſima* parte tum fuerat veriſſimum. Cujus intuitu ſolenniter ſemper confectis ſæpe inſtrumentis ſunt proteſtæ Civitates, Receſſibus contra obſervantiam decretis ſubſcribere recuſantes. vid. d. conſ. p. 73. Quæ omnia tamen per pacem Weſtphalicam reſtituta videmus. Quid? quod jam antea in Conventu Oſnabr. Monaſt. anno 1646. Evangel. Principes ac Status circa hanc rem tale gravamen in ſummum Civitatum favorem exhibuerunt: Daß der Ehrbarn Frey- und Reichs-Stätte votum curiatum etwan in diſputat gezogen werden wollen/ iſt bekandt: demnach aber dieſelbe uff Comitia, und andere dergleichen Täge NB. als würckliche Stände deß Reichs zu dem Ende beſchrieben werden/ daß ſie NB. wie die andere beyde Reichs Collegia ihr Votum Curiatum, führen ſollen. Alſo iſt billich und Recht/ gereichet auch zu guter conformitæt, daß NB. gleichwie die andern beyden Collegia, alſo auch ſie bey dem Voto Curiato unbeeintrechtigt NB. *cum effectu*, gelaſſen werden mögen. Illuſtre veritatis ex illuſtriſſimo Principum ore teſtimonium! vid. ex Theatr. Europ. *Tom. V. ad d. ann. pag. 105.* & Londorpio *Tom. V. Act. Publ. lib. 2. cap. 115. pag. 1055. ſeq. n. 5.* Burgold. ſeu Oldenburg. *ad Inſtr. Pac. part. 3. Diſſ. X. th. 3.*

XIV

Digitized by Google

XIV. Aurea cum circa ſuperioris ſeculi medium communis Libertatis Germanicæ tot tantisque bellorum inteſtinorum fulminibus afflictæ redirent tempora, quibus tranquilla pax antea ſepulta ex mortuis quaſi ſuſcitata refulſit, Civitatibus etiam inter cetera nobiliſſimum *deciſivum* Comitiale ſuffragium in decus priſtinum fuit reſtitutum. (a) Ita enim inſtrumentum Pacis, Palladium illud Germaniæ æviternum (b) art VIII. §. 4. clariſſimo tenore diſpoſuit atque pronunciat:

Tam in univerſalibus vero, quam particularibus diætis, Liberis Imperii Civitatibus NB. *non minus, quam ceteris Statibus Imperii* competat *VOTUM DECISIVUM.* ut hinc omnis, ſi quæ forte ſupereſt, inſulſa Doctorum de *ipſo* voto deciſivo contentio, cum graviſſima pœnis digna conjuncta ſit injuria. (c)

(a) quid in tract. pacis Weſtph. hanc in rem præliminariter geſtum, brevitatis neceſſario nobis ſtudio referre ſuperſedemus, maximè cum neceſſaria deſint ſubſidia. cferri interim poſſunt ſcript. Pacis Weſtph. inpr. Pfannerus *Hiſtor. P. W. L. 3. n. 35.* & Pufend. *de Reb. Suec. Lib. 17. §. 90.* aliique quanquam hi pauca de his habeant. Prodiit etiam illa ætate novum conſilium in hac cauſa Autore Davide Gloxinio J. U. D. & Reip. Lubec. Syndico, Knipſchildio valde familiari vid. *L. 3. c. 32. p. 793.* quod ipſum autem an typis expreſſum proſtet nos latet.

(b) quod toties poſtea confirmatum eſt, tam omnibus & ſingulis Auguſtiſſimorum Imperatorum Capitulationibus, quam ſubſecuta poſtmodum pace Noviomagenſi, Ryſvicenſi & noviſſima Badenſi, adeoque ſic æternam ejusdem ſtabilitam videmus auctoritatem, & per conſequens nunc etiam articuli præſentis VIII. Civitatibus inter alia votum deciſivum reſtaurantis. conferri hic generaliter meretur *Diſſert. erud. de Firmam. Convent. Public.* Gener. Dn. Fried. Ludov. Waldner de Freundſtein Eq. Als. habita Gieſſ. anno 1709. Et quod articulus pacis Weſtphalicæ, ſicuti generatim lex Imperii, *ex qua jus Statui quæſitum*, nec per majora, nec per unanimia, niſi & is conſentiat, quem mutatio

Digitized by Google

concernit, abrogari poſſit ex naturali rationis dictamine per ſe patet. vid. interim præter ſq. §. alleg. Doct. ſpeciatim Illuſtr. Coccejus *Diſſ. de Eo quod juſtum eſt circa numerum ſuffragiorum & calculo Minervæ §. 25. S. I.*

(c) Burgold. *ad Inſtr. Pac. c. 1.* ſed quantum nobis conſtat ſcriptis hactenus nemo contrarium propugnavit; murmurationes autem privatas floccifacimus, quæ de voto deciſivo nominali, impudentiſſimo ore Ipſum Cæſarem & Principes, quaſi contra communia ſermocinantium officia egiſſent, lædente invidi pronunciant. Applica ſupra dicta.

XI. Sic ergo reſtauratum videmus Civitatibus Votum Comitiale deciſivum. Sed de *modo* id exercendi, non *ipſo ſuffragio deciſivo*, proximis in Comitiis 1653. & iterum in modernis de anno 1663. graviſſima orta eſt difficultas, Civitatibus *ſimultaneam* Re- & correlationem prætendentibus, cum ſuperiora Collegia non niſi *ſucceſſivam* concederent, quæ res proteſtando & reproteſtando tum agitata adhunc usque diem indeciſa permanſit, (a) ſalvo *ipſius voti deciſivi* pleniſſimo valore, ut ut modus exercendi crebriori, ratione ſaltem pluralitatis faciendæ, uſui aliquantiſper injiciat remoræ. (b) Modernos nunc voti deciſivi Civitatenſis effectus age! in compendio proferamus illuſtres. Conſtituunt illos I. communicatio concluſi Electoralis & Principalis tam conſentanei, quam diſſentanei (c) cum Civitatum Legatis, & inde formato Collegio Civitatenſi, (d) NB. tractatibus mediante Re- & correlatione tamdiu invicem intervenientibus, donec aut dato aliquo & retento, ut ita loquar, conveniant, aut deſperatus appareat diſſenſus. (e) II. Collegii Civitatenſis in placitis Imperialibus formandis tanquam concauſarum concurſus & mentio. (f) III. Majoris partis ſeu pluralitatis faciendæ facultas. (g) IV. in cauſis exceptis (h) Civitatenſis Collegii neceſſarius æque ac Electoralis Principaliſque conſenſus. (i) Ita reapſe *decidere* juvat votum præſentis conſiderationis (k) deciſivum, & ſic

Digitized by Google

ſic in pleniſſima Status dignitate liberarum S.R.I. Civitatum floret florebitque (I)

Aurea Libertas!

(a) videri de illa poterit Autor der Grundv. *p. 2. c. 6.* & plenius quoad Comitia ſc. 1663. Hagem, *de Comit. c. 6.* Lond. *p 7. l. 6. c. 265. 306. 307.* qui omnes acta hanc in rem publica exhibent. cf. *Comitiol. Ratisb. p. 3. n. 3.* & Scriptum Satyricum *ominoſa rerum ſeries &c.* Textor *de rat. Stat. p. 325. ſqq.* Add. Dn. Pfanneri *Hiſtor. Comit. L. 3. §. 24. -- 29. &* §. 94. ubi votorum refert ſummam tam Electorum quam Principum, inter quos Evangelici Civitatum petitis admodum favebant. conferri merentur quæ habet Bœcler *in notit. Imp. L. XI. c. 3. p. m. 151.* ibi videſis ex actis noviſſ. Comit. wie das Wolfenbütliſche votum auff der Stätte ſeiten zimlich favorabel gefallen. In delicata hac controverſia noſtrum privato ſtudio ſcribentis ferre judicium, religio ſit. Hoc ſaltem obſervamus, quod in reſponſis illis à ſuperioribus Collegiis Civitatibus in hac cauſa datis nonnulla absque deliberata approbatione & partim improbatione irrepſerint, quemadmodum de his teſtatur laud. Autor der Grundveſte/ quem perperam alii Civitatibus adeo vehementer contrarium ſcribunt, cum acta ſaltem publica ſincera fide referat, additis potius in favorem Urbium Imperialium explanationibus, *p. 2. c. 6. p. m. 143.* ibi: Wiewohl nun dieſe Remonſtration zimlich hart/ auch der zwiſchen beyden fördern Reichs-Räthen genommenen Abrede NB. nicht allerdings gemäß geweſen/ maſſen dann/ daß ſolcher / ehe ſie noch dem Stättiſchen Collegio communicirt worden/ denenſelben zu weiterer examination, ſonderlich von ſeiten deß Fürſten-Raths (Electores autem Juſtitiæ amantiſſimi ipſo facto, de quo Grundv. *p. 152.* & nos mox in ſq. comprobarunt, quod contenta inpr. de dubia Civitatum majoris partis conſtituendæ facultate æquitati adverſa plane reſpuant) NB. ſehr urgiret worden. *& c. 8. p. m. 152.* Allein gleichwie ſolche Schrifft von denen NB. meiſten Ständen (ſuperioribus ſc.) zumalen was dieſes præſuppoſitum, daß nemlich die Majora unter denen 3. Reichs-Collegien nicht gelten ſolten/ betrifft vor NB. unrichtig gehalten worden. &c. Hinc etiam hoc reſp. Idem

Digitized by Google

Autor *c.6.p.118.* non dubitat de Reſponſo illo ſic ſcribere, eine ſehr ſcharpfe und NB. faſt auf nachtheilige Principia gegründete anz. Ut taceam, quod ſcripta controverſa meritis cauſæ haut faciant præjudicium, & Principes tam exacerbatos videmus eam maxime ob cauſam, quod Eminentias ſuas Perſonales & ſubmiſſum eapropter debitum reſpectum Civitates violare crediderint, ſed devotiſſimum ipſæmet mox venerationis cultum, ſalvo tantum libertatis exercitio, ſunt conteſtatæ, & ipſo facto comprobare haut unquam deſinent, & ſi loco excluſionis à ſimultanea re & correlatione innocentior inducta fuiſſet, aut adhuc induceretur Prærogativarum Principalium à Civitatenſibus in jure ſuffragiorum exercendo diſtinctio, Urbes acquieviſſent & acquieſcerent promtiſſimæ. Illud adhuc addimus, quod nonnulli turpiter errent, dum Civitates ab *ipſa* Re & Correlatione, quæ Civitatibus nunquam denegata & viva frequentatur experientia in communi buleuterio, den Re- und Correlations-Saal/ excludunt, cum in *ſolo modo* difficultas hæreat, ratione NB *ſimultaneæ* Re & Correlationis. vid. Kulpis *ad Monz. p. 2. c. 5. §. 26. p. 174.* add. omnino Illuſtr. Henninges *in Medit. ad Inſtr. Pac. art. 8. §. 4. p. 1307. ſq.* ubi notat Obrechtum. Celeb. Wagenſeil *ſupra alleg. diſp. de Comitiis Univerſ. S. R. I. §. 56.* in fine tamen dum carpit Conringium *diſſ. de Comit. §. 53.* quod ipſum votum deciſivum Civitatibus adhuc dubium reddere videatur, ego Virum Celeberrimum non de ipſo voto, ſed modo quadantenus exercendi controverſo, de quo *d. l.* agit, *quod parum adhuc exploratum ſit*, ſcripſiſſe intellexerim, quo maxime faciunt ipſiſſima ejus verba: *qua ratione*, i. e. quo præciſe exercendi modo, & hoc ſatis evincunt antecedentia, in quibus de ipſomet voto deciſivo Civitatum olim in controverſiam vocato, nunc vero per Pacem Weſtphal. extra dubium poſito agit. Ceterum conferatur etiam hic *Diſſertatio inaugur. quæ Altorf. anno M D CC XIII. prodiit de Jure Legationis Civit. Imp.* Autore Carolo Guilielm. Wölcker/ deſign. Illuſtr. Reip. Norib. Syndico, *§. inpr. IV.* ibi in notis: *Æquitatem tamen deſiderii* (ratione ſcil. ſimultaneæ Re & Correlationis) *earum* (Civitatum) *ſolidis argumentis deducit ac evincere conatur*, Autor Microſcopii Statiſtici ſub tecto Nomine Heleni Politani;

(quem

(quem nobis videre non contigit) *unde nec omnis ſpes abjecta, fore, ut ab æquanimitate Superiorum Imperii Collegiorum etiam hic plenus voti deciſivi effectus obtineatur.* Votum nos ſaltem addimus, ut ſpes optima eventu ſit feliciſſima.

(b) Scil. dum Electores atque Principes tamdiu invicem re & correferunt remotis Civitatibus, *raro* evenit caſus, ut diſſentanea duorum Superiorum Collegiorum concluſa remaneant, inter quæ acceſſione tertii Civitatenſis pluralitas poſſit conſtitui. Sed tamen præterquam, quod deſperatus etiam non una vice remanſerit diſſenſus, de quo in ſq., hactenus etiam vis voti deciſivi Civitatum Imperialium in ipſa ſimultanea illa Electorum atq; Principum correlatione implicite ſeſe videtur exſerere, quod dubio procul illud Collegium diſſentiens ex ſuperioribus alteri ſe facilius conformabit, quod diſſenſurum à ſe Civitatenſe Collegium *præſumtive* noverit, ne ergo in caſu pertinacis diſſenſus communicato poſtea utroque concluſo Civitatibus jure majoris partis innoxio licet, vincatur, cedit in ipſa Re & Correlatione alteri à cujus partibus Civitates futuras veroſimiliter exiſtimat. Hinc etiam præter eas rationes quæ ſupra *p.* notavimus, hodienum rarus eſt Civitatenſis Collegii à duobus Superioribus diſſenſus. Cæterum dum Ill. Henninges *tr. de poteſtate Imperatoris circa profana c. 2. p. 157.* & poſt idem in *Meditat. ad Inſtr. Pac. p. 1306. 1307.* conditionem Civitatum à *ſimultanea* Re & Correlatione excluſarum meliorem factam perſuadere ſatagit, inde, quod earum concluſum tantundem valeat ac commune illud duorum ſuperiorum Collegiorum, hactenus ſc. ut illis invitis ſimpliciter obtrudi non poſſit, ſed non obſtante conformi illorū concluſo cum Civitatibus re- & correferendo agendum, & irreconconciliabilis tandem Civitatenſis Collegii diſſenſus in Decreto conſcribendo mentio facienda veniat; in eo ipſi ego cum laud. Auth. *cit. diſp. de Jure Legat. Civit. Imp. d. l.* & multis dubio procul aliis, aſſentiri vix poſſum: Nam ſimultanea illa Re- & Correlatio contraria prout illi quidem videtur, non involveret, ſed nihiloſecius non obſtante jure majoris partis obſervantia Imperiali quodam modo temperatæ, de quo in ſeq. diſſentientis Collegii ſolita ratio, nach dem Reichs-Herkommen/ habenda veniret.

(c) Mi-

Digitized by Google

(c) Minus recte Monz. *c. V.* §. *26.* cum aliis alterum ſaltem caſum concluſi conſentanei exprimit, quaſi ſc. cum inter ſuperiora Collegia conveniri non poſſit, Civitates non vocentur, nec audiantur. Accuratiores ergo hic inſpice, Magnif. Dn. Præſidem *p. ſpec. S. 1. l. c. 30.* §. *16.* Autorem, der Grundv. *p. 2. c. 8. p. m. 150.* Kulpis. *de placit. Ordin. Imp. p. 27.* §. *19. noviſſ. Meditat. ad Inſtrum. Pac. p. 1306.* & vivam praxin.

(d) Scil. Civitates tanquam Univerſitates & corpora Comitiis non aliter intereſſe commode poſſunt, quam per Legatos. Knipſch. *L. 2. c. 2. n. 113.* cf. hic integra diſp. Hertiana *de Uno Homine plures repræſentante Perſonas;* in ſpecie antea laudata *Diſſ. de Jure Legat. Civ. Imp. per totum, cap. inpr. II.* Mittuntur illi ab ipſarum Civitatum Proceribus, cum olim Comites, urbium Magiſtratus ſuperiores, non certe à Civitatum Magiſtratu inferiori, ſed proprio jure ex inveſtitura Cæſarea interfuerunt, intuitu licet Civitatum. Modernos Civitatum Legatos æque ac ſuperiores Status legitimatione habere opus, nec ab exhibitione mandati eſſe immunes, præter experientiam vel ſolum comprobat ſuffragii deciſivi pondus, ne nulliter atque in vanum forte feratur. Ipſam praxin teſtatur proprio Legati exemplo Knipſch. *l. 2. c. 2. n. 116.* & ex eo Magnif. Dn. Præſes *p. ſp. S. 1. c. 30.* § *8.* add. Herman Hermes *Faſc. Jur. Publ. c. 36. n. 48.* Melch. Junckeri *tr. de Legat. ſummor. Imperantium p. 92. 93. 94.* qui omnes notant Autorem diſſentientem deß ausführl. Berichts wie es auff Reichs-Tägen gehalten wird / cujus erroris origo alterum, quem idem de Civit. Imp. voto ſaltem conſultativo fovet, ſapere videtur, quaſi ſc. Civitates nudæ Conſultatrices parum attendantur, an legitimatæ fuerint vel ſecus, ſed quam longe cum aliis à vero aberraverit, abunde ut puto, ex dictis conſtabit. Et inde potiſſimum hæc d. Autoris ſententia evertenda, cum cetera argumenta καὶ αὐτὸν non adeo ſint ſtringentia, neutiquam enim in favorem Civitatum, ut alii forſan crediderunt, ſed odium id ille aſſerueritur, toto licet cælo aberrans. Ceterum Legati Civitatum in Comitiis æque ſedent (extra limites tamen ſuperiorum Collegiorum in illuſtrioris Proſapiæ & regalis dignitatis reverentiam) ac reliqui Status, eorumque Legati; vid. Hagem. teſtis oculatus

Digitized by Google

ctus *de Comit. c. 2. p. 7.* ibi: Extra cancellos Civitatum Imper. deputati *INSEDERUNT* diſpoſitis ſubſelliis. cf. Knipſch. *L. 2. c. 1. n. 60.* ſed quando votum ab iisdem exigitur *tunc ſtantes* illud proferunt, Directorio interrogante, ſimilique modo intra ſubſellia menſe Directoriali aſtante, idque in honorem atque reſpectum ſummi Electorum atque Principum Collegii. Knipſch. *d. l.* & ita intelligendus Autor der Grundveſte *p. 2. c. 2. & in adj. deſcript. actus Proceſſ. & propoſit. in præſent. Comit.* quæ anno 1663. initium habuerunt, *n. 13. 14. 23. 34. 38.* Item Autor deß *Europ. Herolds p. 813.* nec aliter ſentit Magnif. Dn. Præſes *c. l. §. 9. in fin.* conf. ſupra alleg. *Diſp. inaug. de Exercitio juris circa ſacra Civ. Imp.* quam ſub Præſidio Wildv. Jenæ habuit Georg. Matth. Hirſch, Goslar. in Corol. III. Nuper an, 1706. d. 13. Maj. & iterum anno 1711. Superiores Status conqueſtos legimus de paucitate legatorum Civitatenſium; quemadmodum de his videri poteſt Lunig. Reichs-Archiv *part. Gener. part. 675.* add. die Anmerckungen über die Grundv. *in recentiſſ. edit. 1714. p. 11.-17.* ubi etiam *p. 14.* literæ habentur reſponſoriæ Civit. Francof. ad monita Directorii Civitatenſis ſolennem legationem obſtaculis quibusdam ceſſaturis promittentes. Invitæ certe Civitates *ſplendidiori* hactenus per crebras Legationes voti deciſivi exercitio abſtinuerunt, dum temporum injuria & perpetua bellorum calamitas ſumtus denegarent neceſſarios, quos in ſalutem Patriæ largiter alibi contulerunt promtiſſimæ; Facit hinc apprime Clementiſſimum Elogium, quod invictiſſimus Cæſar Carolus Noſter in Decreto Commiſſionis, Præliminaria Pacis Raſtadti Imperii etiam nomine concluſa concernente, Theatro belli oppoſitis Aſſociatis Circulis ſacratiſſimo ore tribuit, cujus merito partem non minimam devotiſſime ſibi vindicant Liberæ Imperii Civitates, Illuſtria laudatorum circulorum membra, Verba ſic ſonant: Wobey Jhro Kayſerl. Majeſtät jedoch einigen Reichs-Ständen / und NB. ſonderheitlich denen öffters gemeldten Aſſociirten Crayſen das Zeugnus zu geben nicht umgehen können / daß ſie neben allerhöchſt Deroſelben zu NB. ihrem unſterblichen Nach-Ruhm für das Vatterland alles gethan / was von ihnen zu ſolchem Ende hat

begehrt werden können / denen übrigen aber &c. ap. Struv. Autorem Der *Hiſtorie* der Raſtadter Friedens-Handl. *p.m.*49.
Verum enim vero poſtquam Auguſtiſſimi Imperatoris

ConſtantIa & fortItVDIne
ConCorDIa & feLICItas
ConCILIata eſt feſsIs } 1714.
fatIgatIs } 1715.

&
poſt Deum
Vnſers groſſen CarLs BeſtänDIgkeIt
1714. { ſetzt
1715. { gibt Vns Lang beſtänDge FrIeDens ZeIt.

nullum eſt dubium de crebrioribus mittendis ad Comitia Legatis fore ſollicitos. Quid? quod deſuper cum aliis almam Patriam agitare aut propediem agitaturam conſilia, facti ſumus certiores.

(c) Nobiliſſimum hic primum, ſed non unicum, uti cum aliis noviſſime vult Dn. Struv. *Diſſ.* 22. §. 27. voti deciſivi effectum. vid. Henninges *de poteſt Imp. circa prof.* c. II. p. 157. dum non *nuda* intercedit communicatio concluſi ſuperiorum Collegiorum & poſt exquiſitio Civitatenſis, prout in votis fieri ſolet conſultativis, ſed tractatus interveniunt pro & contra, ita, ut mox Civitates pro re nata ex libero arbitrio cedant ſuperioribus, & hi viciſſim in multis ſe conforment Civitatibus, prout id ipſum ex diligenti actorum Comitialium perluſtratione pateſcit. vid. ſaltem illuſtre teſtimonium Viri Politicarum rerum exercitatiſſimi Autoris ſæpius laudati Europ. Herolds *p. m.* 831. Innmaßen Sie (die Stätte) dann auch bey bißherigen Reichs-Verſamlungen je zuweilen ſolche vernünfftige und tapfere Gutachten / an die vördere Collegia gebracht / daß dieſe kein bedencken gehabt / ſich mit ihnen zu confirmiren. cf. Autor Medit. ad Inſtr. Pac. *p.* 1306. Et quantum noviſſime in Capit. moderna Auguſtiſſ. Cæſaris Potentiſſimi Electores Civitatum Imperialium monita

grati-

gratioſe reſpexerint, diligenter obſervarunt in notis Autor ſpicileg. obſerv. ad Capit. Auguſtiſſ. Caroli VI. & Autor idem qui eſt deß Europ. Herolds vid. Curieuſ. Bücher und Staats-Cabinets XXVI. Eingang *p. 943.* der gegenwärtigen Verfaſſung der Kayſerl. Regierung in Teutſchland/ wie ſolche enthalten in Ihrer Römiſch Kayſerl. Majeſtät Wahl-Capitulation, paſſim.

(f) Hinc ille tritiſſimus Stylus curialis: So iſt in allen dreyen Reichs-Collegiis dafür gehalten und geſchloſſen worden. de quo generatim plena ſunt Acta publica. vides hic concauſam ſcribi concluſi Comitialis Civitates æque cum ſuperioribus Statibus influentes in effectum, ac alias poſteriora Collegiorum membra conſentientia cum prioribus æqualiter conſtituunt Collegiale Decretum, ut ut in caſu diſſenſus major pars ſeu ficta unanimitas id pariter effecerit, non ex defectu voti deciſivi plenarii inferiorum, ſed ex natura votandi, quæ ſimiliter conſpirantibus in unum poſterioribus, priorum vota exercitio uno alterove irrita reddere valent. In vera ergo votorum unanimitate ſingula æqualiter ceteris paribus ſunt deciſiva, & inepte admodum tunc tibi finxeris jus majoris partis ſc. fictam unanimitatem, cum veritati ſemper cedere debeat fictio. Revera ergo hactenus etiam Civitates in conformi ſententia vota ferunt deciſiva conf. Ill. Coccej. *c. XX. §. 41.* in fin. Hinc & cum ceteris Statibus ſubſcribunt pariter & ſubſignant Imp. Receſſ. Civitates. Ceterum hac occaſione paucis obſervamus mutationem recentiſſimam Styli Comitialis, quo loco vocis, Reichs Gutachten/ ut antea placita Ordinum Imperii inſigniebantur vid. ſub hoc titulo Diſſ. Kulpiſiana. poſtmodum ab anno 1701. Concluſum Trium Collegiorum appellari cœperit, quod nomen quidem olim etiam competebat Conventiori Statuum, ſed NB. antequam in ſolennem placiti formam redigeretur, quo facto, nomen accepit Eines Reichs-Gutachtens/ cum hodie priſtinum retineat. Occaſionem mutationis refert Wallrabus Chriſt. Ackermann *ſupr. alleg. diſſ. de Commiſſione Cæſarea in Comit. Imp. §. ult.*

(g) Quod autem Civitatenſis Collegii valor tantus ſit, ut inter ſuperiora Collegia pluralitatem conſtituere poſſit, vis & natura vo-

ti deciſivi *potiſſimum* involvit, quanquam caſus non adeo facile exiſtat ob toties iteratas Re- & Correlationes Elect. & Prin. ſeparatas. vid. tamen nota præcedanea. Nec quenquam movere debent contrarii paſſus, qui de pluralitate votorum Curiatorum in Reſponſo ſup. Coll. ſupra allegato occurrunt, cum citra mentem plerorumque Principum fuerint inſerti, & hactenus plane improbati teſte laud. Aut. der Grundv. *p. m. 152.* vid. ſupr. p. Hinc videmus, cum die 20. 30. Jan. 1654. (ergo poſt Reſp. illud, quod prodiit anno 1653.) Electores & Principes inter ſe convenire non poſſent, majora feciſſe Civitates accedendo Collegio Electorali, de quo Grundveſte *d. l.* und iſt vom Directorio die anzeig dahin geſchehen: Was den andern punct anbetreffe / weilen die Stätt mit der Chur-Fürſten Meynung überein kamen / ſo geben es die Majora inter ipſa Collegia, und wäre darnach nunmehr das Reichs Gutachten abzufaſſen. conferatur *Europ. Herold. p. 831.* ubi ait, daß der Stätte concluſum dahin gültig erachtet worden die Majora inter ipſa Collegia zu machen; & paulo poſt, und iſt es allerdings auſſer Zweiffel/ daß ſie neben dem Collegio, welchem ſie beyfallen die Majora zweyer tertien machen können. Kulp. *de plac. Ord. Imp.* §. 14. Vitr. *L. IV.* §. 70. conf. ſupra p. dicta, ubi antiquiſſ. obſervantia occurrit. Sed turpiter falluntur & vel craſſam ignorantiam aut potius peſſimam in temerarie irritandis Principibus malitiam ſuam produnt, qui ſic Civitatum arbitrio & quaſi dominio Electorum atque Principum ſubſterni placita vel credunt ſtupidi, vel quod magis eſt, ſimulant invidi. Quis autem quæſo non novit innoxiam majoris partis indolem & communem votandi naturam? conf. not. præced. & vid. omnino nervoſe & perſpicue diſſerens laud. *Europ. Herold. d. l. add.* Grundv. *c. l.* Illud interim verum, quod obſervantia Imperialis jura majoris partis certis incluſerit cancellis atque limitibus, vario addito temperamento, ſc. quod non obſtante duorum Collegiorum conſenſu cum tertio diſſentiente re & correferendum veniat, an forte & illud tandem conſentiat, aut ſi irreconciliabile apparuerit, ſeparatim ejusdem in relatione ad Cæſarem fiat mentio, ut denuo tentetur concordia, & illa demum deficiente, finale formetur Comitiale Decretum, & ſic tandem diſſenſus tertii ex communi votandi

tandi

tandi natura erit fruſtraneus, antequam autam illud fiat, jura majoris partis, ſeu duorum Collegiorum concluſum, diſſentiente tertio, audit ein unvollkommener Schluß. Et ſic invicem concilianda dubia Doctorum hanc in rem tradita, nec ſic obſtant quæ habet Henning. *in Medit. ad Inſtr. Pac. p. 1306.* & *de poteſt Imp. circa profana p. 157.* juri majoris partis finali, ille enim de temperamento ſaltem loquitur. Et ita etiam declinari poſſunt argumenta, quæ in contrarium movet Textor *de ratione Status cap. 13. pag. 327. ſeqq.* cum aliis. Fruſtra vero Titius *Sp. J. P. L. VI. c. IV. §. 47. 48.* jura majoris partis in Imperio rejicit, inter alia, quaſi ex jure civili petita, cum potius ex ipſiſſimo Juris naturalis dictamine profluat, de quo & generatim de ſuffragiis cf. Ill. Cam. Aſſer. Schrag. *de Jure Majoris Partis* & *de ſcrutin. Elect.* itemque Praſchium, Bœclerum *de calculo Minervæ*, Tabor *de ſuffragiis* adde latiſſime hanc in rem congeſta notabilia in Conſilio Ill. Fac. Tub. quod in cauſa Masneriana nuper prodiit, & noviſſime Dn. Coccej. Diſſ. *de eo quod juſtum eſt circa numerum ſuffragiorum*, Commentatores ad Grotium ſuis locis, & DD. ad l. 19. de Municip. it. ubi agunt de Syndicis, qualia etiam tetigit Venerandus Dn. Avus, quem dum nomino totus in vota reſolvor, ſervet adhuc Deus atque ſecundet ſanctè mihi colendam Extremæ Ejusdem ætatis canitiem, Dn. Ludov. David Müller J. U. L. Diſſ. Inaug. Marburgi habita anno 1661. de *Poſtulantibus* §. *VII.* cf. ſupra *p. 14.* alleg. diſp. Mejeriana Erfurt. Non inſcite quidam Angliæ Legatus, teſte B. Hertio Diſſ. *de quaſi poſſidente probante*, corrol. X. dixit, Rempublicam in qua plurium ſententiarum jus non valeat, virgini eſſe ſimilem, quam priſci Autores memorent diſcerptam contendentium inter ſe rivalium manibus. Superflue etiam Hornius *J. P. Cap. XLV. §. 17.* Legem publicam in hac cauſa requirit, cum ſufficiat 1. obſervantia, & 2. quod nulla ſaltem Lex Imperii naturali æquitati obſtet. Sed ſatis quidem de hoc. Ceterum dum concurrentiam voti collegiati ſeu curiati Civitatenſis cum ceteris duobus jam maximam partem videris, mireris forſan, quod nulla mentio decantati illius duplicis voti curiati ſecundum ſcamna Civitatum facta fuerit mentio, quod tamen in ore eſt omnium, quanquam multi communem tantum ſententiam referant, nec

Digitized by Google

calculum ſuum addant, rem in medio relinquentes, qua ratione legitur etiam in Magnif. Dn. Præſid. Viri tam profundiſſimæ Eruditionis, quam innatæ & quaſi propriæ humanitatis atque modeſtiæ gloria, dudum Celeberrimi, *Introd. p. ſp. S.I.c.XXX.* §.14. ſed fabulam eſſe neſcio, quo primum cerebro natam, & poſt æque ac anilia commenta de Quaternionibus propagatam, variis Doctorum in non Entis adhibita contorta explicatione magis intricatam tantum non apud omnes invaluiſſe, ipſa nos ſchola docuit interior Schwederiana. Et olim jam Lampod. Vir rerum Germ. peritiſſimus in libell. *de Rep. Rom. German. p. 3. c. 8.* profeſſus eſt, ſe rem non intelligere, imo Wagenſeilius *Diſſ. ſep. cit. de Comit. Univ. S. R. I.* §. *LIII.* inutiles tricas ſimiliter agnoſcit, quin noviſſime Dn. Titius *c. 1. L. VI. c. IV. 58.* rotunde dixerit fabulam, quæ num orta ex ſextante, qui æque Elct. Princip. quam Civitatibus adſcribitur, uti vult Titius *d. l.* aut potius ex diviſione Civit. in duo ſcamna, nos nunc parum attinet. Provoco ad cottidianam Comitiorum praxin utrum ullus communis doctrinæ uſus ſit? nullus certe, quantu n nobis quidem tam ex perluſtratione actorum publicorum, quam ex aliorum diſcurſu conſtat, nec ab ullo memini relatum deſuper in Comitiis vel verbo actum eſſe unquam, ſolo excepto Autore Mercurii Germanici, qui ſub tecto nomine Sinceri Germani à Lapide latere voluit, is *p. m. 164.* de Civit. ſcribit, *quod plura ſuffragia, quam duo ſibi petant concedi cumque majora Comitibus onera imo Principibus paria ferant, hinc quatuor ſibi minimum competere dicant.* Neſcio quid hic de Autore, qui multa alias ſingulariter notabilia refert, dixerim. Novam meminit controverſiam ratione fabuloſorum illorum ſuffragiorum in Comitiis intercedere, de quo tamen in Actis publicis & ap. Scriptores altum & neceſſarium ſilentium. Somnium crederem obrepiſſe Viro dum hæc ſcriberet, quod forte excitavit nimis alta intricatæ & confuſæ fabulæ de Civit. duplici voto meditatio. Dicendum nunc etiam eſſet, quid juris, ubi diverſa, quod rarius fit, Deo ſit laus, Singulorum Collegiorum ſunt placita, ſed ad finem nobis eſt properandum, hoc ergo ſaltem ex Autore Medit. ad inſtr. Pacis *p. 1306.* & Struv. *Diſſ. 22.* §. *28.* addimus, quod tunc omnium adeoque etiam Civitatum in Decreto mentio facienda, & ſingula ſeparatim

tim ponenda veniant concluſa, quæ Cæſari Auguſtiſſ. poſt offeruntur. Conferri hic generaliter poſſunt acta publicâ noviſſima in der Münſteriſchen Erbmänner Sach / quæ iterum de novo moveri incipit, und Heſſen-Darmſtädtiſche Buſecker Tahl Sach / de quibus plurima habent Staats-Cantzley / & Staats-Spiegel item Electa Juris Publici. Inde multa nobis tractationi noſtræ apprime convenientia exponenda eſſent, ſi tempus permitteret.

(h) cauſas à jure majoris partis generaliter exceptas vide *in Inſtrum. Pac. Weſtphal. art. V. §. 52.* & apud laudatos magno numero ſup. not. Scriptores, adde diſcurſum, in quibus cauſis majora vota valere non poſſint, nec debeant, ex eoque extractum Bericht etlicher durch die Proteſtirende auff dem Reichs-Tag Anno 1613. übergebenen Fällen / in welchen ſie nicht geſtatten können / daß die Majora vota den Vorzug haben ſollen. Kulpis. ad Monz. *p. II. c. V. §. 26. p. m. 174.* Grundv. *p. 2. c. 5. p. 100. p. 3. c. 7. p. 255. c. 8. p. 260.* cf. inpr. Magnif. Dn. Præſes *p. ſp. S. I. C. XXX. §. 18.* ubi optimè notat Bertramum nimium illas extendentem, ita, ut jura majoris partis fere deſtruat. Hiſce autem in præſenti immorari non licet.

(i) Maximus is eſt & notabilis *voti deciſivi* effectus, quem ſemper in vexatiſſimis etiam temporibus tenuerunt Civitates, ita, ut in quibus nunc cauſis unanimia requiruntur, neceſſario Civitatum concurrere debeat, de quo prorſus non controvertitur, conſenſus, tanquam indubitatiſſima plane concauſa, & hic non videtur modo, ſed quaſi palpatur *voti deciſivi* Civitatenſis pleniſſimus *valor*. In defectu certe voti *deciſivi*, nulla haberetur ratio abſolute neceſſarii conſenſus Civitatum, Electoribus tantum & Principibus *deciſa* ferentibus, at nunc non ſola Collegia ſuperiora, ſed & Civitatenſe reapſe & modo ſenſibili *decidit*, ita ut diſſenſus egregie admodum operari poſſit. vid. Dn. Coccej. *c. XX. §. 41.* Et ſic itaque *tam nomine quam omine* ſeu *re & pondere* Civitatibus competit *votum Deciſivum*.

(k) Excrevit ſpecimen noſtrum citra opinionem, ita, ut nunc vela contrahere neceſſe habeamus, contenti, quod ſub Terſanctiſſimi Numinis gratia, *ipſius voti deciſivi Civitatenſis vim, poteſtatem &*

con-

Digitized by Google

concurrentiam cum ceteris generaliter ſaltem pro virili demonſtrare licuerit, Si quid perperam dictum eſt, non dictum eſto.

(l) Sub umbra & tutela, Patrocinante Deo, Alarum Romanorum Aquilæ, Auguſtiſſimi Cæſaris, ac Sereniſſimorum Principum Virtute & Aſſiſtentia. Redundabunt impia Malevolorum pro extinctione Urbium Imperialium Libertatis conſilia in propria ipſorumet capita. Meliora Teucrorum Principibus præcordia finxit Titan, que nefario auſu ſcelerati Adulatores corrumpere ſtudent, varios formando iniquitatis velandæ prætextus, quibus certe facili negotio vel terrarum ſic vindicaveris orbem. Sed diſcite Juſtitiam moniti & non temnere Divos! commendari hic meretur Aureus tractatus B. Ahasveri Fritſchii, Viri & JCti tam Eruditionis præſtantia quam Pietatis gloria poſt fata etiam Celeberrimi, *de Peccatis Miniſtrorum Principis.* Sed non eſt, cur Cyclopica metuamus tempora. Voto nos interim finem imponimus, auſpice Duce & Comite Chriſto, quem cepimus, labori. Faxit Præpotens in cœlis Numen, ut Sacrum Romano Germanicum Imperium, Eminentiſſima Illa ex Præſagio Danielitico Monarchia ad (vid. contr. modernos diſſentientes Joh. Guilh. Jani Prof. Vratisl. *diſſ. Hiſtor. Politica de Quatuor Monarchiis.*) finem usque ſeculi exoptatiſſimo Capitis & Membrorum inconcuſſa perſtet Harmonia, & aurea, quæ iterum refulgent, Pacis tempora æterna ſint vel ſaltem longiſſima, & deſideratiſſimus reſpondeat eventus ominibus, quæ felicia apparent in Pace Noviſſima RaſtaDto - Badenſi, prout ſequens refert Chrono - Diſtychon,

PerpetVa! en! FrIDerICh, FrIDeLIn Dant otIa feſsIs
Poſt regIna probat. TaLIa fata! ſatIs.

Beatus interim, imo terque quaterque beatus, cui in hac rerum ſublunarium viciſſitudine eſt

Nomen Domini Monumentum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Digitized by Google